COMMENTARII DE REBUS IN SCIENTIA NATURALI ET MEDICINA GESTIS.

SVPPLEM. I. DEC. IV.

LIPSIAE, MDCCXCVI.
APUD IOH. FRIDERICUM GLEDITSCH,

Venduntur etiam

Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.

COMMENTARII
DE REBUS
IN
SCIENTIA NATURALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

Jos: Banks

I.

Nova Acta Physico-medica Academiae Caesareae Leopoldino-Carolinae Naturae Curiosorum, exhibentia Ephemerides sive Observationes, Historias et Experimenta a celeberrimis Germaniae et exterarum regionum viris habita et communicata, singulari studio collecta. Tomus V. Accedunt appendix et tabb. aenn. Norimbergae, impensis Wolfgangi Schwarzkopfii. MDCCLXXIII. Tom. VI. MDCCLXXVIII. Tom. VII. MDCCLXXXIII. 4.

Praefationem excipit Continuatio catalogi collegarum Academiae Caesareae Leopoldino-Carolinae Naturae Curiosorum ab anno 1770 usque ad annum 1773 in eandem receptorum. To. V.

Hanc sequitur Catalogus collegarum huius academiae hactenus, quoad quidem editoribus constat, demortuorum. — Legitur tum Catalogus alphabeticus virorum, qui pro quinto hoc tomo observationes physico-medicas communicarunt.

Observatio I. D. C. H. V. MELLE. *De cavitate glenoidea artificiali ossis humeri difformi, et luxatione claviculae.* Tabula aenea illustratur. p. 1.

Observatio II. D. ALEXANDRI PETRI NAHUYS. *De colica vehemente, intolerabili, a violenta contractione et angustatione intestini coli suborta, et de uteri incremento scirrhoso, mirabili, ossiumque totius corporis singulari degeneratione.* p. 8.

Observatio III. D. ALEXANDRI PETRI NAHUYS. *De morsibus felis rabidae feliciter, absque* p. 12.

inſequente hydrophobia, curatis. Femina a propria fele domeſtica, valde manſueta antea et familiari, nunc vero ſummo percita furore, duobus in locis vulnerata fuit. Unum vulnus erat in anteriore parte tarſi pedis dextri, alterum ad articulationem primae phalangis digiti medii cum oſſe metacarpi manus ſiniſtrae. Ambo vulnera valde dilacerata erant, quamvis imprudenti conſilio ab imperito chirurgo, qui prius advocatus erat, futura ſicca iam exacte unita. Statim itaque totum illum apparatum N. reiecit, et vulnera muria ſalis marini forti lavari, ipſisque tum veſicatorium imponi curavit. Interne propinavit ſudoriferum ex ſucci expreſſi Herbae Rutae unc. ij, Salis communis dr. j. et Aceti theriacalis unc. ij. Facta haec ſunt die 23 Maii anni 1768. Die 24 menſis eiusdem veſicatoria inſignem evacuationem humorum ex vulneribus et partibus adiacentibus moverant. Interna remedia modicum tantum ſudorem, ſed notabilem urinae evacuationem concitaverant Vulnera denuo muria lavabantur, et plumaceola unguento baſilico inducta et bona cantharidum pulveris copia ſuperſparſa deligabantur. Interne remedia camphorata et mercurialia praeſcribebantur. Die 25 Maii quum initia ſuppurationis ſeſe manifeſtarent, bis de die vulnera, poſt lotionem cum muria, nunc deligabantur unguento baſilico, cui notabilis copia piperis albi pulveriſati admixta erat: eiusque applicatio uſusque remediorum internorum usque ad 27 Maii continuata ſunt, quando ulcera largiore ſuppuratione profundiora et ampliora reddita notabilem puris copiam fundebant. Omnia eodem modo continuata ſunt usque ad 30 Maii, quando pedis intumeſcentia, dolor et inflammatio atque his iuncta febris et conſtipata alvus remedia paulo mitiora et ſymptomatibus adaequata poſtulabant. Itaque N. a lotione ulcerum cum muria abſtinuit, eaque

ſolum-

ſolummodo unguento baſilico cum parca quantitate piperis albi deliganda curavit, propinans ſimul purgans refrigerans ex Tamarindis, foliis Sennae et Syrupo e ſucco Citri. Die 3 Iunii aegra melius ſe habebat, febris ceſſaverat integre, ſed pes adhuc multum erat inflammatus, et diverſa minora ulcera nunc in unum confluxerant, ſicque unum maius ulcus conſtituebant, ad cuius partem inferiorem parva cruſta gangraenoſa conſpiciebatur. Quoniam itaque inflammatio nondum ceſſaverat inſignisque erat ſuppuratio, ſimplici unguento baſilico ulcus deligatum, omiſſo pulvere piperis albi, uſusque alvum laxantium continuatus eſt. Die 10 Iunii ulcus digiti, quod, quum ulceratio pedis tanta eſſet, unguento baſilico poſterioribus diebus tantum N. deligaverat, conſolidari incipiebat. Ulcus pedis puriſſimum erat, et cruſta gangraenoſa copioſa ſuppuratione integre ſeparata, pes quoque detumuerat atque ipſius inflammatio et dolor penitus ceſſabant. Deligatio unguento baſilico ſimplici continuabatur, et interna remedia camphorata et mercurialia denuo propinabantur. Die 19 Iunii ulcus digiti perfecte conſolidatum erat, ulcusque pedis multum imminutum; patiens optime quoque ſe habebat, nullumque incommodum ſentiebat, continuabat tamen adhuc remedia interna usque ad 11 Iulii atque ulcus tarſi quoque remediis aptis usque ad finem eiusdem menſis apertum ſervatum fuit, tumque quam facillime conſolidatum, absque quod patiens unquam quid mali perceperit; duo enim iam ſunt anni praeterlapſi et ultra per quos perfecta ſanitate fruitur, nullumque mali metuendi indicium, ne leviſſimum quidem, experta eſt.

Obſervatio IV. D. ALEXANDRI PETRI NAHUYS. *De femina gravida facta, non obſtante inſigni mola in ipſius utero hoſpitante.* p. 15.

p. 19. *Obſervatio V. D.* CORNELII PEREBOOM. *Corpus ligneum ex veſica urinaria egeſtum.* Icon accedit. Modum, quo generatum eſt hoc corpus, prorſus ignorare ſe P. fatetur.

p. 20. *Obſervatio VI. D.* CORNELII PEREBOOM. *Mictus cruentus, purulentus, acuto dolore ſtipatus et flatulentus.*

p. 23. *Obſervatio VII. D.* CORNELII PEREBOOM. *De paralyſi hyſterica.*

p. 24. *Obſervatio VIII. D.* CORNELII PEREBOOM. *Scabies febre artificiali curata.* Quidam ſcabie ſcorbutica vexatus fuerat. Morbo curato, inſuperabilis in volis manuum pruritus manſit, neque prius ceſſavit, quam ptiſana guaiaci loco potus ordinarii in uſum vocata, et per aliquot hebdomadas continuata eſſent, donec febre patiens corriperetur; cui tandem a ſcabie perfecte liberato cortex peruvianus exhibitus eſt, eo tamen eventu, ut ſtatim ſcabies febris locum occuparet. Diſpoſitionem hancce pertinacem optime febre rurſus excitata fugari poſſe P. iudicavit. Quo facto, deinde morbum, quem guaiacinum haud male dixeris, ſolis purgantibus tractavit. Ita perfecta ſanitas cute glabra comparuit.

p. 25. *Obſervatio IX. D.* CORNELII PEREBOOM. *Haemorrhoides veſicae periodicae.*

p. 26. *Obſervatio X. D.* CORNELII PEREBOOM. *Deglutitio laeſa.*

p. 27. *Obſervatio XI. D.* CORNELII PEREBOOM. *Nova Geometrico-Catoptrica quaedam nec non Catoptrico-Geometrica dilucidans.*

p. 32. *Obſervatio XII. D.* CORNELII PEREBOOM. *Speculum Geometricum explicans.*

p. 34. *Obſervatio XIII. D.* CORNELII PEREBOOM. *Geometria catoptrica.*

p. 39. *Obſervatio XIV. D.* CORNELII PEREBOOM. *Geometria optica.*

Obſer-

Observatio XV. D. CORNELII PEREBOOM. *Novum organum Musicum.* p. 40.

Observatio XVI. D. PAULI IOANNIS FRIDERICI HELMERSHAUSEN. *De singulari visus imbecillitate et tremore artuum ex atonia partium solidarum.* p. 42.

Observatio XVII. D. GUILIELMI HENRICI SEBASTIANI BUCHOLTZ. *Experimenta solutionem corporum gummosorum, gummi-resinosorum, resinarum ad materiam medicam pertinentium.* Tentavit gummi ammoniacum (cum mucilagine e gummi arabico, cum melle puro, cum liquore magnesiae vitriariorum *), vitello ovi, mucilagine e semine cydoniorum, cerevisia), galbanum mucilagine e gummi arabico, melle crudo, liquore magnesiae vitriariorum, ovo sorbili, mucilagine seminis cydoniorum, melle, liquore magnesiae vitriariorum, vitello ovi, syrupo dialthaeae Fernelii, oxymelite simplici), gummi laccae (cum cerevisia, mucilagine gummi arabici, oleo tartari per deliquium, spiritu salis ammoniaci vinoso, spiritu salis ammoniaci aquoso), myrrham (cum cerevisia, liquore nitri fixi, liquore magnesiae vitriariorum, melle puro, syrupo dialthaeae Fernelii, p. 46.

*) Recipias magnesiae vitriariorum unc. IV., has mixtas tribus partibus sulphuris communis in vase bene clauso reverberio per quasdam horas committe: sic corpus habebis e rubro fuscum; cui refrigerato adfunde libras tres vulgaris aceti, et per octiduum digere, ita ut libra una humoris adfusi recedat. Sic obtinetur liquor, qui indolem vitrioli refert, plurimaque resinosorum corporum, tritus in mortario vitreo auxilio, liquat. Nullum nostro obvenit solvens, quod maiorem praeter vini spiritum daret effectum, et multo minus, quam iste spiritus, corpori humano noceret.

mucilagine radicis althaeae, mucilagine gummi arabici) gummi opopanacis (cum melle, oxymelite ſimplici, ſyrupo dialthaeae Fernelii, cereviſia, liquore magneſiae vitriariorum, mucilagine gummi arabici), ſagapenum (cum liquore magneſiae vitriariorum, aceto et mucilagine gummi arabici, oxymelite ſimplici et mucilagine radicis althaeae, cereviſia), olibanum (cum melle, felle bovino).

p. 64. *Obſervatio XVIII. D.* CHRISTIANI RUDOLPHI HANNES. *De gravi affectione hypochondriaca periculum vitae minitante, et falſa imaginatione polypi cordis.*

p. 71. *Obſervatio XIX. D.* CHRISTOPHORI THEOPHILI BÜTTNER. *De exoſtoſi maxillae ſuperioris in latere ſiniſtro feliciter exemta.* Accedunt icones.

p. 73. *Obſervatio XX. D.* CHRISTOPHORI THEOPHILI BÜTTNERI. *Officulum albiſſimum, loco ovi, a gallina quadam quatuor horarum ſpatio ſummo cum labore excluſum.* Habet pro ovo indurato et in oſſeam ſubſtantiam converſo. Ortum eius explicare non audet.

p. 74. *Obſervatio XXI. Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *Ulcus cancroſum cum carie oſſis temporum herbae cicutae externo uſu perſanatum.*

p. 76. *Obſervatio XXII. Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De febre intermittente tertiana ſoporoſa cortice peruviano ſublata.*

p. 80. *Obſervatio XXIII. Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De difficili deglutitione per plures quam quadraginta annos durante.* Mali pervicacia cuncta medicamenta eluſit.

p. 83. *Obſervatio XXIV. Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De ſcirrhoſo colli tumore, oeſophagi functionem tollente.* Letalis fuit morbus. Accedit cadaveris ſectio.

Obſer-

Obſervatio XXV. *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De incipiente amauroſi venerea, uſu interno mercurii ſublimati corroſivi in ſpiritu frumenti ſoluti, depulſa.* p. 85.

Obſervatio XXVI. *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De gravi et periodico dolore in dentis evulſi alveolo, cortice peruviano diſcuſſo.* Exhibitus eſt pulvis ex corticis peruviani uncia integra et nitri depurati drachma una, cuius tres cultri cuſpides omni trihorio in aqua ſumtae ſunt. p. 86.

Obſervatio XXVII. *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De graviori artuum inferiorum ſpaſmo, olei calidi diuturna perunctione ſoluto.* p. 87.

Obſervatio XXVIII. *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De bona liquoris nitri fixi in hydrope aſcite efficacia.* Variis remediis fruſtra tentatis, liquor nitri fixi cum decocto radicis lapathi acuti florumque geniſtae mane et veſperi eſt adhibitus, atque hoc dilutus ſemper iſte debuit aſſumi. Prima liquoris doſis quindecim continuit guttas, et quaevis inſequentium una gutta aucta fuit usque eo, dum quinquaginta guttae ſimul caperentur. His ita geſtis, urinae abunde fluxerunt, et aquoſus tumor ſubſedit, quin liquor, ulterius in noviſſima doſi ſumtus, curam perfecit omnibus abſolutam numeris. p. 88.

Obſervatio XXIX. *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De muſculorum in ſiniſtro faciei latere paralyſi, poſt plurimorum vermium excretionem evaneſcente.* p. 89.

Obſervatio XXX. *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De graviſſima pleuritide vera et vaporis cuiusdam medicati inſigni in ea efficacia.* Herba ſalviae tecto in vaſe cum aqua leniter ebulliit, poſteaque haud parca aceti vini portio adfuſa eſt. Calidos huius liquoris vapores aegrotans per impoſitum vaſi infundibulum in ſe traxit. p. 90.

p. 96. *Obſervatio XXXI.* *D.* IOACHIMI FRIDERICI HENCKEL. *De ſectione caeſarea.* Exemplum ſiſtitur huius operationis chirurgicae, quod initio exitum fauſtum polliceretur, ſed mox, ob cauſas adventitias, mortem induceret.

p. 105. *Obſervatio XXXII.* *D.* CHRISTIANI RUDOLPHI HANNES. *De calculo ſub lingua extracto.* Formam calculi icon exhibet. Credit H., glandulam maxillarem ſiniſtram ſedem huius calculi natalem fuiſſe.

p. 107. *Obſervatio XXXIII.* *D.* CHRISTIANI RUDOLPHI HANNES. *De mictu verminoſo.* Puellam hic morbus infeſtavit. Cum nonniſi poſt mictum vermes apparuerint, non ex vulva, ſed ex renibus vel ex ipſa veſica urinaria prodierint neceſſe eſt. Vivebant in urina adhuc calida, moriebantur in frigida. Microſcopio ſubiectos ſimillimos illis aſcaridibus H. deprehendit, quos ſaepe ingenti caterva homines per alvum deponere ſolent. Medicamenta ordinavit, quae enecandis vermibus apta reperit ars medica. Horum is fuit effectus, ut aegrota paullatim a morbo ſuo convaluerit.

p. 111. *Obſervatio XXXIV.* *D.* GEORGII FLORIANI HENRICI BRÜNING. *Uteri hydrops graviditati iunctus.*

p. 114. *Obſervatio XXXV.* *D.* GEORGII FLORIANI HENRICI BRÜNING. *Gravitas cum uteri hydrope et aſcite iuncta.*

p. 120. *Obſervatio XXXVI.* *M.* BALTHASARIS SPRENGERI. *Ad medicinam electricam pertinens.* Apoplexiam ſeroſam ſecutae erant pedum imbecillitas viſusque hebetudo. Mala haec ſuſtulit, certe leniit electricitas. — Adduntur variae obſervationes electricitatem medicam ſpectantes.

p. 137. *Obſervatio XXXVII.* *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De amauroſi imperfecta dextri, et perfecta*

fecta ſiniſtri oculi, utraque purpuram rubram inſequente.

Obſervatio XXXVIII. D. MELCHIORIS ADAMI WEIKARD. *Virtus ferri emmenagoga fallax.* p. 143.

Obſervatio XXXIX. D. MELCHIORIS ADAMI WEIKARD. *De tumore ſtrumoſo poſt vomitorium imminuto.* p. 146.

Obſervatio XL. FSANCISCI ZANETTI. *De moſchi uſu interno contra tetanum et convulſiones.* p. 146.

Obſervatio XLI. D. FRANCISCI ZANETTI. *De remedio doloris ventriculi euporiſto.* Decoctum vainigliae eſt, mane ieiune epotum. p. 149.

Obſervatio XLII. D. FRANCISCI ZANETTI. *Secundinae ad menſem et ultra retentae.* p. 150.

Obſervatio XLIII. D. FRANCISCI ZANETTI. *De panis ſecalini efficacia in contumaci alvi obſtructione.* Effectum hunc, quem in pluribus caſibus Z. expertus eſt, pani fermentato tribuit. p. 152.

Obſervatio XLIV. D. WILHELMI LUDOVICI WILLII.. *De aſcite in femina, quae ſedecim in annis paracenteſin per XLVI. vices perpeſſa eſt.* p. 153.

Obſervatio XLV. D. WILHELMI LUDOVICI WILLII. *De aſcite in viro, qui ſex in annis paracentheſin per XXVI. vices pertulit.* p. 159.

Obſervatio XLVI. D. WILHELMI LUDOVICI WILLII. *De ſingulari adfectu melancholico in femina moeſtitia ſuborto, et per quatuor annos cum dimidio durante, ac repentino terrore iterum ſublato.* p. 166.

Obſervatio XLVII. D. IOACHIMI FRIDERICI HENKEL. *Foetus monſtroſus, velamentis ſuis incluſus et velamentis alterius infantis recenter nati adhaerens.* p. 169.

Obſervatio XLVIII. D. IACOBI FRIDERICI ISENFLAMM. *Haemorrhoides veſicam urinariam perforantes.* p. 171.

Obſervatio XLIX. D. IACOBI FRIDERICI ISENFLAMM. *Parotis vehementer exulcerata ſalutaris.* p. 179.

Obſer-

p. 182. *Obſervatio L. D.* IODOCI EHRHART. *De utero in partu rupto.*

p. 190. *Obſervatio LI.* IACOBI FRANCISCI DEMACHY. *Circa praeparationem tartari ſtibiati.* Liquori incryſtalliſabili, qui poſt vulgarem tartari ſtibiati praeparationem remanet, D. novam inſperſit cremoris tartari quantitatem, qui promta ſolutione ſui veram cum liquore emetico combinationem monſtravit, novasque tartari ſtibiati cryſtallos prioribus omni ex parte ſimiles refrigerando exhibuit. Tali methodo omnem liquorem incryſtalliſabilem in cryſtallos D. transformavit, quarum non minor fuit, quam primarum, vis emetica.

p. 191. *Obſervatio LII.* IACOBI FRANCISCI DEMACHY. *De legitima ſyruporum ex aromaticis compoſitorum praeparatione.*

p. 193. *Obſervatio LIII.* IACOBI FRANCISCI DEMACHY. *Circa ſyrupos ex plantis aromatico-viſcoſis omni tempore varie praeparandos.*

p. 195. *Obſervatio LIV.* IACOBI FRANCISCI DEMACHY. *De radicis bardanae vi non diuretica ſolum, ſed et lithontriptica.*

p. 186. *Obſervatio LV.* IACOBI FRANCISCI DEMACHY. *De oleorum ex animalibus rectificatorum colorationis vera cauſſa.* Lucida licet ſint haec olea, arcteque obturatis ſerventur lagenulis, hoc tamen mali ſerius ocius advenit, ut vel minimo aëris concurſu colore rubro inficiantur. Alcali volatili in animalium oleis contento colorationem hanc tribuere, pluribus abhinc annis D. non dubitavit, hoc fultus experimento. Si oleis vegetabilium, citri, iuniperi, terebinthinae, aut mineralium, ut ſuccini rectificatiſſimo, ſpiritum volatilem ex ſale ammoniaco et calce viva paratum digerendo miſceas, eadem illis ſuboritur alteratio, videlicet fuſce rubro colore tinguntur. Sed multo aliter cum animalium oleis rem ſeſe habere,

habere, ſerior ipſum docuit experientia. Oleum enim Dippelianum cum eodem ſpiritu alcalino non modo digeſtum, ſed et libero aëri expoſitum per tres hebdomadas ab omni coloratione immune ſe praeſtitit: cum acidis vero digeſtum brevi coloratum D. reperit. Unde haec differentia oriatur, non audet definire.

Obſervatio LVI. D. GUILIELMI HENRICI SEBASTIANI BUCHOLTZ. *Hydrops cum graviſſimis ſymptomatibus ſanatus.* p. 197.

Obſervatio LVII. D. GUILIELMI HENRICI SEBASTIANI BUCHOLTZ. *Hydrophobiae hiſtoria.* Letalis fuit morbus. p. 201.

Obſervatio LVIII. D. CHRISTIANI PHILIPPI HERWIGII. *Foetus humani bicipitis et bicorporei anatome.* Icon accedit monſtrum ſiſtens. p. 206.

Obſervatio LIX. D. GEORGII FLORENTII HENRICI BRÜNING. *Hiſtoria hydropis ſaccati lethalis.* p. 209.

Obſervatio LX. D. IOANNIS AUGUSTINI PHILIPPI GESNERI. *De febre acuta nervoſa Nordlingae per ſemeſtre hybernum ann.* 1771 — 72. *epidemica.* p. 219.

Obſervatio LXI. D. CHRISTOPHORI GOTTLIEB BONZ. *Tumor pharyngis imaginarius.* — Accedit *Continuatio obſervationis undecimae praecedentis Tomi quarti novorum horum actorum.* p. 239. p. 240.

Obſervatio LXII. D. HENRICI FRIDERICI DELII. *Terroris bovis fordae in foetum effectus.* Hiſtoria ad imaginationis maternae in foetum vim adſtruendam comparata. p. 241.

Obſervatio LXIII. D. CHRISTIANI RUDOLPHI HANNES. *De moſchi virtute antepileptica in proprio filiolo obſervata.* p. 244.

Obſervatio LXIV. D. LUDOVICI FRIDERICI EUSEBII RUMPEL. *De glandulae thyreoideae affectu ſcrophuloſo cum aneuryſmate ſpurio.* p. 247.

Obſer-

p. 250. *Observatio LXV.* D. GEORGII FLORENTII HENRICI BRÜNING. *Circa ileum morbum, eiusque a natura susceptam curationem.*

p. 276. *Observatio LXVI.* D. IOANNIS CASPARI DE RUEFF. *De calculo felleo, singularis magnitudinis ac ponderis, per alvum excluso.*

p. 280. *Observatio LXVII.* D. IOANNIS CASPARI DE RUEFF. *De morsu canis rabidi, feliciter in aliquibus curato, lethali, ob negligentiam chirurgi, in alio.*

p. 282. *Observatio LXVIII.* IO. CHRISTIANI ANTONII THEDEN. *De urinae suppressione cum inflammatione et sphacelo in perinaeo, pene et scroto, ex repulsa capitis tinea, singulari operatione chirurgica feliciter sublata.*

p. 287. *Observatio LXIX.* IO. CHRISTIANI ANTONII THEDEN. *De hydrope ovarii, et methodo eum penitus tollendi.* Excisionem ovarii commendat.

p. 291. *Observatio LXX.* D. GERVAIS. *De felici extractione calculi octo semunciarum pondere, et patiente in integrum restituto.*

p. 301. *Observatio LXXI.* Lic. IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De asthmate convulsivo, variis symptomatibus et inprimis oesophagi spasmo stipato, ac de insigni cuiusdam vaporis medicati adversus hanc gulae afflictionem efficacia.*

p. 307. *Observatio LXXII.* D. CHRISTIANI RUDOLPHI HANNES. *De insitione variolarum in urbe patria Vesalienſi tentata, exposita per epistolam ad praesidem academiae D.* FERD. IACOBUM BAIERUM.

p. 329. *Observatio LXXIII.* D. GEORGII FRIDERICI KORDENBUSCHII. *Deliquii solis partialis, d. 25. Octobris anni 1772. celebrati, Norimbergae habita.*

p. 332. *Observatio LXXIV.* D. HENRICI FRIDERICI DELII. *Nonnulla de productione et mutatione coloris caerulei.*

Obser-

Obſervatio LXXV. D. HENRICI FRIDERICI DELII. *Trepanatio in puero quatuordecenni feliciter peracta.* p. 336.

Obſervatio LXXVI. ANTONII ALEXII CADET. *Analyſis chemica exuviarum hominis e ſepulchro erutarum.* p. 339.

In *appendice* huius tomi continentur:

I. *Morbona in duas partes diviſa, ſeu enumeratio morborum ſpontaneorum, quos quinquaginta annorum intervallo ſuſtinuit* IO. IACOBUS RITTER, *Helvetico-Bernas.* p. 1.

II. *Deſcriptio mineralium praecipuorum, quae in regione urbis Hennebergicae, Suhlae, reperiuntur, et notatu digna habentur; tradita a* IOANNE FRIDERICO GLASER, *medicinae Doctore et phyſico ordinario Suhlano, academiae caeſareae naturae curioſorum collega Moſchione III. ſocietatis electoralis oeconomicae Lipſienſis membro honorario.* In ſectione prima agitur de aquis mineralibus Bennshuſianis noviter inventis. Secundum GLASERI analyſin conſtant hae aquae minerales ex aqua ſimplici, ſpiritu vitriolico volatili acidulo, terra ochracea martiali ſeu ferrum in ſe continente, tantillo ſalis alcalini fixi, et multo ſalis alcalini volatilis. In plerisque hominibus alvum leniter laxant, in aliis urinam cient, et in quibusdam ſudorem eliciunt. — In ſectione altera exponitur de ſalſulis Suhlanis. — In ſectione tertia de fontibus Suhlanis aquae purae. — In ſectione quarta de mineris aliisque mineralibus, quae in tellure regionis Suhlanae reperiuntur. Claſſ. I. Terrae. Claſſ. II. Lapides. Claſſ. III. Petrificata. Claſſ. IV. Minerae. p. 73.

III. *Diſſertatio de dracunculo ſive vena Medinenſi, auctore* DAVIDE HENRICO GALLANDAT, *anatomiae, chirurgiae et artis obſtetricae demonſtratore, ſocietatis ſcientiarum Fliſſingenſis membri et theſaurarii.* p. 103.

IV. *Syn-*

p. 117. IV. *Synopſeos methodicae ſtirpium agri Iſenacenſis in Nov. Actor. Nat. Curioſor. Tom. III. et IV. appendice exhibitae emendationes et ſupplementa. Auctore* IOANNE FRIDERICO CAROLO GRIMM, *M. D. ſer. ducis regn. Saxo-Gothani conſiliario et archiatro, medico fontis ſoterii Ronneburgenſis et ſocio academiae naturae curioſorum.*

p. 161. V. *Deſcriptio plantarum quarundam partim minus cognitarum Aſtrachanenſium et Perſiae provinciarum Caſpio mari adiacentium, iuxta methodum ſexualem excellentiſſimi domini archiatri* CAROLI DE LINNE. *Accedit plantarum catalogus iſtarum regionum cum variis obſervationibus* IO. IAC. LERCHE.

p. 207. VI. *Memoria viri excellentiſſimi et experientiſſimi* MAURITII ANTONIII CAPPELERI, *philoſophiae et medicinae doctoris, inclutae reipublicae Lucernenſis centumviri et poliatri, academiae caeſareae Leopoldino-Carolinae naturae curioſorum, ſocietatum regiae anglicanae ſcientiarum et phyſicae Tigurinae collegae honorarii. Ex memorabilibus actis Tigurinorum.*

p. 217. VII. *Memoria viri excellentiſſimi et experientiſſimi domini* IOANN. WOLFG. FRID. BOENNECKEN, *ſereniſſimi principis de Loewenſtein-Wertheim archiatri et conſiliarii aulici et regiminis actualis reverendiſſimi principis epiſcopi Bambergenſis et Wirceburgenſis conſiliarii aulici deſignati, inclutae ac liberae reipublicae Sucuofurtenſis ſenatoris et ſcabini ſenioris eiusdemque phyſici ordinarii, academiae imperialis naturae curioſorum collegae* BASSUS II. *dicti.*

To. VI. Tranſimus ad tomi ſexti contenta.

Praefationem ſequuntur 1) continuatio catalogi collegarum academiae caeſareae Leopoldino-Carolinae naturae curioſorum ab anno 1773 usque ad annum 1778 in eandem receptorum; 2) catalogus collegarum huius academiae hactenus, quoad quidem actorum

actorum editoribus constat, demortuorum; 3) catalogus alphabeticus virorum, qui pro sexto hoc tomo observationes physico-medicas communicarunt.

Observatio I. D. IOSEPHI BENVENUTI. *De Lucensium Thermarum atmosphaera.* p. 1.

Observatio II. Lic. IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De succo quodam intestini ilei inconsueto.* p. 9.

Observatio III. D. HENRICI FRIDERICI DELII. *De diverticulo ilei, et ventriculo biloculari.* p. 10.

Observatio IV. D. MELCHIORIS ADAMI WEIKARD. *De damnis purgantium in nervis mobilibus, ubi natura acre foras pellere conata fuit, sive de morbi nervorum specie.* p. 12.

Observatio V. D. IOANNIS CASPARI DE RUEFF. *De taenia seu verme lato.* Arcani Herrenschwandiani natura describitur. p. 20.

Observatio VI. D. IOANNIS CASPARI DE RUEFF. *De usu insigni corticis peruviani in omnibus affectibus, qui per intervalla et periodice redire consueverunt.* p. 23.

Observatio VII. D. CHRISTOPHORI THEOPHILI BÜTTNERI. *De exostosi maxillae inferioris per sectionem feliciter ablata.* Icones accedunt. p. 27.

Observatio VIII. D. FRANCISCI ZANETTI. *De Rhachitide.* p. 33.

Observatio IX. D. FRANCISCI ZANETTI. *De scrophularum medela.* Scrophularum non ulceratarum usu horum remediorum cum moderata victus ratione raro ZANETTO defuit curatio. R. Sapon. Venet. Extr. cicutae aa ʒij. Milleped. ppt. Mercur. dulc. aa ʒſs. G. ammon. ʒiſs. M. c. s. q. ol. amygd. dulc. f. pilulae num. CC. Dentur puero decenni duae, adolescentulo tres alternis diebus mane ieiune, vel etiam quatuor. Die vacuo a pilulis sumendum est decoctum ex rad. sarsap., chin., bard., ligno lentisci etc. — In scrophulis apertis, post corporis purgationem cum p. 35.

 electuar.

electuar. lenitiv. et diacatholico, quae etiam repetatur omnibus decem diebus, efficaciſſimum eſt hoc linimentum quotidie renovandum, donec detergatur ulcus et perfecte cicatriſetur. R. fell. bovin. num. IV. vel VI., ol. fl. liguſtri per infuſionem q. ſ. arſen. alb. pulver. ʒj. Exponantur in vitro clauſo calori ſolis vel camini ad tempus, hac tamen cautela, ut materia aliquoties cum aliquo ligno ad modum ſpatulae dimoveatur. Praeparatum ſic linimentum ad opus extendatur ſupra linteum carptum, ut ulceri applicetur, poſt viginti quatuor horarum ſpatium renovetur medicatio, abluta prius parte aceto vini fortiſſimo. Hoc linimentum applicari etiam poteſt ſtrumis non apertis pro earum maturatione, ſed hoc exigit longum tempus.

p. 36. *Obſervatio X.* D. HANNIBALIS MARIOTTI. *Inopinata mors ab arteriae phrenicae ruptura diuturnum vomitum conſecuta.*

p. 48. *Obſervatio XI.* D. OTTONIS FRIDERICI MULLERI. *Molluſcorum marinorum Norvegiae Decas I.* Deſcribuntur Doris *clavigera*, D. *faſciculata*, D. *quadrilineata* D. *tuberculata*, Aſcidia *inteſtinalis*, A. *gelatina*, A. *mammilla*, Actinia *virginea*, A. *trunca*, A. *ſquamata.*

p. 55. *Obſervatio XII.* *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De foemina quadam ex febre putrida petechiali laborante, atque in ea ſingulari ſenſu frigoris in ventriculo et inteſtinis afflicta.*

p. 62. *Obſervatio XIII.* CHRISTOPHORI FRIDERICI SIGEL. *De amauroſi perfecta utriusque oculi electricitate diſcuſſa.*

p. 66. *Obſervatio XIV.* CHRISTOPHORI FRIDERIDI SIGEL. *Hiſtoriam ſiſtens lapidis cuiusdam ſingularis calcarii, haud procul a pago Enzweyhingen in Ducatu Würtembergiae reperti.*

p. 74. *Obſervatio XV.* PASCHALIS ADINOLFI. *De hepatis abſceſſu per urinam excreto.*

Obſer-

Observatio XVI. IOANNIS LEBRECHT SCHMUCKERI. *De hepatis abscessu sanato.* Facta est incisio. p. 75.

Observatio XVII. *D.* ALOYSII BERTINI. *De mirabili liquoris van Swieten in lue aphrodisiaca curanda virtute.* p. 83.

Observatio XVIII. *D.* ANTONII MATANII. *De tumoribus scrophularibus internis.* p. 85.

Observatio XIX. *D.* IOANNIS GOTTLIEB GLEDITSCHII. *Meditationes de quibusdam differentiis sexus, cum in animalibus, tum in vegetabilibus, et de variis admodum notabilibus, quae in posterioribus vario tempore contingunt, mutationibus sexum spectantibus.* p. 90.

Observatio XX. IOANNIS CHRISTIANI ANTONII THEDEN. *De hymene coalito et plenario defectu uteri.* p. 105.

Observatio XXI. IOANNIS CHRISTIANI ANTONII THEDEN. *De superfoetatione.* Exemplum superfoetationis p. 109.

Observatio XXII. IOANNIS CHRISTIANI ANTONII THEDEN. *De hydrophobia cum morte terminata, absque morsu rabidi animalis orta.* p. 110.

Observatio XXIII. *a* SELLIEN COTHENIO *exhibita. De vehementi laesione calvariae a praecipitatione ex equo quinque vicibus trepano subiecta.* Delineatio cranii laesi tabula aenea sistitur. p. 113.

Observatio XXIV. *D.* FRANCISCI ZANETTI. *De morbo vulgo pelagra.* p. 118.

Observatio XXV. *D.* CHRISTIANI RUDOLPHI HANNES. *De spasmo vesicae lethali ex scabie retropulsa.* p. 125.

Observatio XXVI. CHRISTOPHORI FRIDERICI SIGEL. *Sistens recensionem binorum casuum tragicorum, qui ex usu radicis cuiusdam venenatae, falso pro radice Hellebori nigri venditatae, orti sunt. Accedunt notae radicum Hellebori nigri veri et suppositiarum.* – p. 129.

In ſcholio adiecto DELIUS monet, hoc venenum fuiſſe nihil aliud, quam radicem aconiti napelli LINN.

p. 151. *Obſervatio XXVII.* *D.* PAULI IOANNIS FRIDERICI HELMERSHAUSEN. *De hepate novem librarum cum pancreate dislocato.*

p. 155. *Obſervatio XXVIII.* *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *Siſtens cataplasmatis e radicibus ducei ſativi effectus inſignes in ulcere faciei cancroſo, at exiguos in cancro mammae exulcerato.*

p. 160. *Obſervatio XXX.* *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De graviſſima paſſione iliaca, abſceſſu in inguine dextro ſoluta.*

p. 165. *Obſervatio XXXI.* *Lic.* IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *De membranoſis concrementis, cum purulentis ſputis eiectis.*

p. 170. *Obſervatio XXXII.* *D.* IOANNIS IACOBI REICHARD. *Siſtens animadverſiones quasdam botanicas.* Agitur de corno ſanguinea, ſagina procumbente, lyſimachia nemorum, heracleo ſphondilio, caro carvi, tulipa ſylveſtri, chryſoſplenio alternifolio, chryſoſplenio oppoſitifolio, ſtellaria nemorum, ceraſtio aquatico, agrimonia eupatoria, pruno ſpinoſa, ſorbo aucuparia, nigella arvenſi, crataego oxiacantha, zinnia pauciflora et multiflora, hura crepitante, lantanae ſpecie nova, tucerio chamaepityde, hyperico kalmiano.

p. 175. *Obſervatio XXXIII.* *D.* MELCHIORIS ADAMI WEIKARD. *De morbo nervoſo-putrido.*

p. 184. *Obſervatio XXXIV.* *D.* GUILIELMI BERNHARDI TROMMSDORF. *De vomica rupta et ſanata.*

p. 186. *Obſervatio XXXV.* IOANNIS BAPTISTAE LUDOVICI DE ROME DE LISLE. *De antiquorum alabaſtrite et variis quibusdam lapidibus, quos recentiores alabaſtri nomine appellaverunt, disquiſitiones hiſtorico-phyſico-criticae.*

Obſer-

Observatio XXXVI. BALTHASARIS GEORGII SAGE. *De variis res metallicas ad calcis statum redigendi modis, de ipsorummet vitrorum coloribus, ac de illis, qui a metallicis calcibus in diaphanum vitrum album introducendi sunt.* Colores hac tabula continentur. p. 199.

Colores calcium metallicarum.	Colores vitrorum metallicorum.	Colores metallilicis calcibus in vitrum album inserti.
Calx arsenici alba	citreus	
stibii cinerea	hyacintheus	
bismuthi cinerea	rubescens	ruffescens
zinci cinerea	- - - -	virideſcens
cobalti rubescens	cyaneus in nigrum colorem vergens	cyaneus
mercurii rubra		
stanni alba	- - - -	smaltum album
cupri nigrescens	rubescens	viridis
ferri rubescens	niger	ruber
plumbi cinerea	albidus foliaceus	flavus ut topaz.
argenti cinea	flaveſcens	e flavo cinereſcens
auri purpurea	- - - -	purpureus
platinae cinerea	- - - -	virideſcens.

Observatio XXXVII. D. CHRISTOPHORI GOTTLIEB BONZ. *De ictero recens natorum.* p. 205.

p. 207. *Observatio XXXVIII.* GUILIELMI GODOFREDI PLOUCQUET. *Suppositorium et clysmata ore reddita.* Variis frustra tentatis, malum tandem cessit, cum nix recens linteo involuta universo abdomini imponeretur, ea lege, ut, simulac nix a calore corporis liquesceret, recens iterum nix imponeretur, idque per quatuor horas strenue continuaretur.

p. 212. *Observatio XXXIX.* D. GUILIELMI GODOFREDI PLOUCQUET. *Ventriculus cordis sinister ruptus absque caussa manifesta.*

p. 214. *Observatio XL.* D. HENRICI FRIDERICI DELII. *Cereus, gelu, igne, ferro, martyr, superstes.* Agitur de cereo s. cacto erecto maximo Surinamensi octangulari. Gelu, ignem ferrumque sic tulit, ut non laederetur ipsius vita.

p. 219. *Observatio XLI.* D. HENRICI FRIDERICI DELII. *Forficula, noctambulo, devastator.* Petroselini noctu devastator.

p. 221. *Observatio XLII.* D. HENRICI FRIDERICI DELII. *Emphraxis intestini recti, praecipue a cortice peruviano.*

p. 223. *Observatio XLIII.* D. CAROLI CASPARI SIEBOLDI. *De singulari et curatu perdifficili labio leporino.* Monstrosam oris conformationem tabula aenea sistit.

p. 229. *Observatio XLIV.* D. CAROLI CASPARI SIEBOLDI. *De felici penis carcinomatosi amputatione.* Obiter de pene cornuto; quam excrescentiam a glandulis sebaceis coronae glandis *S.* repetit. Cum iconn.

p. 235. *Observatio XLV.* D. FERDINANDI IACOBI BAIERI. *Modus arcendi foetorem in cancro mammarum exulcerato.* Quando in ulcus corrosivum ac saniosum cancer degeneravit, ad sorditiem mundificandam optime profuit ab initio per aliquot dies unguentum digestivum: R. Terebinth. Venet. c. aqu plan

plantag. lot ʒj. G. elemi, ol. ovor. hyoſcyami expr. aa ℈ij. Croci auſtr. gr. iij. vitell. ovor. q. ſ. ad ſubigendam terebinthinam. M. Ad hyperſarcoſin coërcendam margini inſpergebatur pulvis e rad. ariſtoloch. rotund. verae hb. ſabin. Lap. calam. ppt. aa ℈iv. Sacch. ſaturni ℈j. In peripheria defenſionem adimplevit emplaſtrum de ſperm. ceti et de hyoſcyamo partibus aequalibus concinnatum, vel etiam ſparadrapum eiusdem virtutis cum aethiope minerali ſociatum. Omnem vero graveolentiam abſtulit cum inſigni ſuppurationis moderamine mixtura balſamica. R. Spir. matrical ʒiij. Eſſ. myrrhae ſ. alcali par. ʒiſs. balſ. peruv. nigr. ʒj ol. terebinth. ʒſs. M. cum linteo carpto applicanda. Porro eandem praeſtitit energiam epithema: R. Spir. vini rectif. ʒiv. extr. tabaci, tormentillae, plantag. pulv. myrrh. rub elect. aa ʒij. Stent in digeſtione ad iuſtam ſolutionem. Optime quoque profuit ſuccus tabaci rec. expreſſus cum oleo myrrhae p. d. et Eſſentia ſuccini ad cohibendam putredinem. Tandem ſacculi e ſpeciebus paregoricis et reſolventibus parati in ſubſidium vocati ſunt, et ſic continuato uſu res aegrarum non ſolum tranquillae, ſed etiam omnibus exhalationibus foedilis vacuae permanſerunt.

Obſervatio XLVI. D. FERDINANDI IACOBI BAIERI. *Oris tortura (ſpaſmus cynicus) curata.* p. 236. Primum venae ſectio inſtituta eſt, adhibitis ſimul remediis nervinis et antiſpaſmodicis. Poſt aliquot dies purgatio facta eſt cum pilulis de ſuccino et mercurio dulci, deinde maxime proficuas expertus eſt B. ſpecies pro vino medicato e rad. imperator. angelicae, irid. flor. L. ſaſſafras, fol. et flor. paralyſ. roris marini, ſalv. baccis iuniperi, ſem. foenic dulc. cubebar. cardamomi. Longe optime fuerunt evacuantia particularia, maſticatoria, errhina et ptarmica ipſa. Pro

ptarmico uſu praeſcribebatur pulvis rad. irid. flor mechoacannae albae, fl. benzoes, ſacch. alb. ol. maioranae, nigellae deſtill. acuatus. Pro apophlegmatiſmo cubebae, piper longum, cortex Winteranus, ſem. angelicae, ſinapi, naſturcii c. ſacch. alb. et mucilag. G. tragac. in forma trochiſcorum exhibebatur.

p. 238. *Obſervatio XLVII.* *D.* GUILIELMI HENRICI SEBASTIANI BUCHOLZ. *De naphtha aceti.* Ad acidum acetoſum fortiſſimum naphthaeque acetoſae gignendae idoneum parandum ſodam acetatam oleo vitrioli decompoſuit. Sic aetherem aceti bonitatis laudabilis nactus eſt.

p. 244. *Obſervatio XLVIII.* FUCHSII. *Sontici cuiusdam vulneris transverſalis in larynge, feliciter ad ſanitatem perducti.*

p. 249. *Obſervatio XLIX.* *D.* IOANNIS CASPARI DE RUEFF. *De calculis veſicae praegrandibus per urethram excretis.*

p. 251. *Obſervatio L.* *D.* CHRISTIANI LUDOVICI WILLICH. *De lacrymandi pronitate nimia.*

p. 253. *Obſervatio LI.* *D.* CHRISTIANI LUDOVICI WILLICH. *De graviditate cum continuo catameniorum defectu, eorumque praeternaturali poſt partum excretione.* Ex alveolo dentis carioſi evulſi profluxerunt.

p. 254. *Obſervatio LII.* *D.* CHRISTIANI LUDOVICI WILLICH. *De uſu acidularum noxio in vitiis renum et veſicae.*

p. 258. *Obſervatio LIII.* *D.* FERDINANDI IACOBI BAIERI. *Ulcus linguae phagedaenicum ſanatum.* Ab aphthis linguae ſcorbuticis malum ortum erat. Variis fruſtra tentatis, B. auctor fuit, ut ulcus quovis modo mundificaretur, fibrae et glandulae per adſtringentia ſalutaria roborarentur, et acor ſalivae ſepticus emendaretur. Apprime profuit mixtura ope penicilli vel ſubtili linteo applicata: R. ſpirit. theriacal. camphor.

phor. ʒj. ſpermat. ceti ℈ij. M. et ſolv. in vitro obturato leni calore, dein admiſce Eſſ. myrrhae ſ. alcali parat. ʒij. Alternis vicibus diaclyſma ſaepius in ore tenendum: R. rad. ſymphyti maior. ʒj. fol. plantag. quercus, ſcordii, fl. liguſtri, roſar. rub. balauſtior. cort. granat. aa ʒij. inciſ. coq. in aqua chalybeat. ℔iſſ. ad remanent. ℔j. colat. adde ſyr. e roſis ſiccis ʒj. mellis roſat. tinct. laccae Mynſ. aa ʒſſ. Pro uſu interno ordinavit elix. balſam. Hoffm. Halenſ. ʒiij. liq. ſal. volat. oleoſ. ʒiß mane cum iuſculo medicato ſumendum, XLV. gutt. pro doſi, a meridie ſaccharum lactis in decocto coff. largiter ſorbillandum. Continuatis per octo dies medicamentis aeger ſanatus eſt.

Obſervatio LIV. D. FERDINANDI IACOBI BAIERI. *Urethrae exulceratio ab acrimonia ſeri urinarii curata.* p. 259.

Obſervatio LV. D. CHRISTIANI RUDOLPHI HANNES. *De aphonia aliisque incommodis vermium eiectione ſanatis.* p. 261.

Obſervatio LVI. D. FRANCISCI ZANETTI. *De hepatitide funeſta ab ulcere exſiccato.* p. 263.

Obſervatio LVII. FUCHSII. *Avtochir e ſuſpendio ad vitam revocatus.* p. 264.

Obſervatio LVIII. FUCHSII. *Anatome laqueo voluntarie ſuffocati.* p. 267.

Obſervatio LIX. D. DAVIDIS HENRICI GALLANDAT. *Exhibens caſum foeminae gravidae, cuius uterus et placenta tempore partus acutis petrefactis punctis obſeſſa inventa ſunt.* p. 273.

Obſervatio LX. D. EBERHARDI GMELIN. *Siſtens hiſtoriam mortis ſubitaneae mulieris gravidae cum ſubiunctis animadverſionibus.* In cadavere repertum eſt iecur praemagnum; ſubdurum inſolitique ponderis. Ab huius in pectoris cavitatem preſſione mors repetenda eſt. p. 277.

p. 290. *Obſervatio LXI.* *D.* IOANNIS ERNESTI NEUBAUER. *De vaſorum felleorum varia conformatione.*

p. 293. *Obſervatio LXII.* *D.* IOANNI ERNESTI NEUBAUER. *De proceſſuum cerebri mammillarium cum naribus connexione.*

p. 294. *Obſervatio LXIII.* *D.* BBLTHASARIS HACQUET. *De avulſo ex articulatione ſcapulae brachio in praeternaturali partu.*

p. 302. *Obſervatio LXIV.* *D.* BALTHASARIS HACQUET. *De lacte contagioſo et lethifero nutricis morbo venereo affectae per anatomen inſtituta.*

p. 322. *Obſervatio LXV.* *D.* CHRISTOPHORI GOTTLIEB BONZ. *De cauſis quibusdam morborum, mortisque non ita praeviſis ſectione in tribus cadaveribus detectis.*

p. 324. *Obſervatio LXVI.* *D.* LAURENTII MONTIN. *De lepidio bidentato.* Novae huius ſpeciei differentia ſpecifica eſt haec. *Lepidium bidentatum* foliis ſubtetrandriis, foliis caulinis lanceolatis, ad apicem utrinque dentatis, ſiliculis diſpermis. Habitat in maritimis inſularum maris pacifici. Uſus: ut antiſcorbuticum loco acetariorum a SPARMANNO et FORSTERIS et nautis Anglis comedebatur. — Accedunt icones.

p. 327 *Obſervatio LXVII.* PETRI OSBECK. *De larva et phalaena boleti.* Larva alba laevis, capite et punctis plurimis nigris. Quatuor puncta dorſi nigra uniuscuiusque articuli, fere in quadratum poſita, et tria puncta nigra laterum ad pedes, in unoquoque articulo, in triangulum poſita; primo et ſecundo articulo ad caput, ut et proximo caudae exceptis, quorum puncta lineas transverſales formant. Caput et pars articuli proximi nigra. Pedum primorum tria paria fuſca; poſteriorum quatuor paria alba breviora. Habitat in boleto fagi, edit corticem lignumque fagi, arbore adhuc viva; hieme, vere et fere per totum

tum annum has larvas O. obſervavit. Exit autumno per boletum, in quo pupam formavit tempore verno, menſe Maii. — Phalaena *Boleti* (Tinea) fuſca, linea communi dorſali lata ſubbidentata faſciaque poſtica albida, pedibus poſticis lanatis. Magnitudo phryganeae grandis. Corpus albidum longitudine fere dimidii alae. Caput albidum fuſco contaminatum. Antennae filiformes fuſcae, albo variegatae, longitudine dimidii corporis. Oculi nigri. Palparum interior articulus barbatus, exterior laevis tenuis acutus. Thorax colore capitis. Pedes albidi, anteriores laeves, poſteriores lanati, ſpinoſi. Alae glabrae deflexae, corpore multo longiores. Primariae ſupra fuſcae albo contaminatae linea lata communi alarum dorſali faſciaque ad apicem alae albida fuſco irrorata. Maculae fuſcae apicis alae ſeptem. Subtus ſubfuſcae. Inferiores fuſco albidae.

Obſervatio LXVIII. D. CAROLI PETRI THUNBERG, *Siſtens Craſſulae generis XXVIII. novas ſpecies in capite bonae ſpei detectas et deſcriptas.* Sunt C. cordata, ſpatulata, tecta, hemiſphaerica, montana, barbata, cotyledonis, tomentoſa, cephalophora, ſpicata, deltoidea, corallina, veſtita, columnaris, pyramidalis, alpeſtris, turrita, rupeſtris, argentea, retroflexa, perforata, thyrſiflora, capitella, crenulata, pubeſcens, mollis, ramoſa, adſcendens. p. 328.

Obſervatio LXIX. D. GEORGII FLORENTII BRÜNING. *Circa uſum camphorae externum in variolis.* p. 342.

Obſervatio LXX. D. CHRISTIANI RUDOLPHI HANNES. *De victo moſchi virtute ſpaſmo abdominali.* p. 364.

Obſervatio LXXI. CAROLI GOTTLIEB STEDING. *De ebore foſſili ſpirenſi.* Cum icon. p. 367.

Appendix complectitur haec:

I. *Mor-*

p. 1. I. *Morbona ſeu enumeratio morborum ſpontaneorum, quos quinquaginta annorum intervallo perpeſſus eſt D.* IO. IACOBUS RITTER, *Helvetio Bernas. Pars*
p. 126. *altera.* Ad finem panaceae mercurialis formulam in aliquot morbonae locis promiſſam R. tradit. Ea vero huc redit. Recipe mercurii ſublimati et vivi ana unciam unam. Tere invicem in mortario vitreo, aut lapideo, ad conſumtionem mercurii vivi usque. Maſſae adfunde aceti vini ſtillatitii uncias quatuor agitatae. Singulis binis horis move ſpatula lignea per quadrantem horae. Repetatur per tres aut quatuor aut ultra dies, donec pulvis ſuperne albeſcat. Acetum decanta, ſerva. Pulveri adde ſpiritus vini rectificati uncias quatuor, agita priori modo, donec pulvis ſedatus ad dimidium albicans adpareat, quod triduo circiter obtinetur. Spiritum decanta, ſerva ſeorſim. Aquam fontanam frigidam ad eminentiam duorum digitorum ſuperfunde; ter de die, ſcil. mane, meridie et veſperi, move cum ligno quavis vice horae quadrantem, pulverem ſupernatantem deguſta, dulcem, ſeu potius inſipidum, albidum, (quo albidior, eo edulcoratior) tolle, charta ſicca bibula tecta. Aqua fontana quotidie et tam diu renovanda, priori ſervata, donec pulvis omni acredine orbatus; collige aquas repetito decantatas. Reſiduum pulveris griſei repetita operatione, videlicet adfuſione ſucceſſiva aceti vini, ſpiritus vini rectificati, aquae fontanae datis doſibus agitando ad albedinem, edulcorationem praedicto modo perducitur. Serva pulverem phiala epiſtomio vitreo inſtructa. Sic parata eſt Panacea mercurialis. — Uſus: in gonorrhoeis virulentis, ubi ſola iniectione res perficitur; contra ſcabiem quamcunque, ubi membra ſcabioſa illinuntur; contra puſtulas faciei, frontis quascunque, puſtulas illinendo.

II. *De*

II. *Demonſtratio anatomica foetus bicipitis et bicorporei, quam adornavit D.* CHRISTOPHORUS ANDREAS DE MELLE, *noſocomii Petropolitani pedeſtris et maritimi medicus, chirurgiae et anatomiae demonſtrator, acad. i. n. c. collega,* DIOCLES CARISTIUS III. *dictus, et acad. Suec. Holm. ſcientiarum ſodalis.* Cum figg. p. 129.

III. *Obſervatio anatomico-phyſiologica de foetu bicipite ad anteriora connato. Auctore D.* GEORGIO CHRISTIANO ARNOLD, *medicinae et artis obſtetriciae practico Leſnae in Polonia maiore, academiae imperialis naturae curioſorum collega* NILEO III. p. 159.

IV. *Hiſtoria venenorum vegetabilium Sueviae indigenorum, ſtudio D.* IOANNIS FRIDERICI GMELIN, *in univerſitate Georgia Auguſta Goettingenſi profeſſoris philoſophiae ordinarii et medicinae extraordinarii, academiae imperialis naturae curioſorum collegae et ſocietatis Tigurinae ſodalis.* I. *Gramina.* Lolium temulentum. II. *Plantae luridae.* Datura ſtramonium. Datura tatuta. Hyoſcyamus niger. Atropa Belladonna. Solanum dulcamara. Solanum nigrum vulgatum. Bryonia alba. III. *Plantae umbelliferae.* Conium maculatum. Sium latifolium. Cicuta viroſa. Aethuſa Cynapium. Chaerophyllum ſylveſtre. Chaerophyllum temulum. IV. *Lilia.* Colchicum autumnale. Veratrum album. V. *Polyandrae.* Actaea ſpicata. Aconitum lycoctonum. Aconitum Napellus. Anemone pulſatilla. Anemone nemoroſa. Anemone ranunculoides. Clematis vitalba. Clematis flammula. V. *Ranunculus.* Ranunculus flammula. Ranunculus lingua. Ranunculus ficaria. Ranunculus ſceleratus. Ranunculus bulboſus. Ranunculus acris. Ranunculus arvenſis. Ranunculus aconitifolius. Ranunculus aquatilis. Helleborus foetidus. Caltha paluſtris. VI. *Ringentes.* Pedicularis paluſtris. Digitalis purpurea. VII. *Tithymali.* Euphorbia chamaeſyce. Euphorbia peplus. p. 201.

peplus. Euphorbia exigua acuta. Tithymalus paralias. Euphorbia helioſcopia. Euphorbia verrucoſa. Euphorbia platyphyllos. Euphorbia eſula. Euphorbia cypariſſias. Euphorbia amygdaloides. Euphorbia ſylphatica. VIII. *Incompletae.* Chenopodium hybridum. Daphne mezereum. Polygonum hydropiper. Aſarum Europaeum. Arum maculatum. Mercurialis perennis. IX. *Fungi.* Agaricus muſcarius.

p. 329. V. *Diatribe chemica vitriariorum magneſiam eiusque partem terream alcalinam conſiderans. A* CAROLO GODOFREDO HAGEN, *medicinae doctore et pharmacopoeo regio aulico, in univerſitate Regiomontana profeſſore chemiae deſignato, academiae imperialis naturae curioſorum collega.* E ſuis tentaminibus hic expoſitis H. concludit, magneſiam vitriariorum praecipue ex terra alcalina calcareae proxime accedente, ex terra muriatica et marte conſtare. Lenis forſitan magneſiae ineſt etiam wismuti quantitas. Diverſa phaenomena HAGENIO etiam coniecturam inſinuarunt, hanc mineram et cobaltum in mixtione ſua fortaſſis tenere, licet omni adhibita opera nullum atramentum ſympatheticum nanciſci potuerit. Zinci nulla veſtigia reperit. Reſpectu quantitatis partium conſtitutivarum calculum ſuum ſententiae WALLERII adiicit, cui centum libris magneſiae decem ferri (ipſe quidem metalli potius diceret) adiudicat, reliquum vero meram terram eſſe alcalinam credit.

p. 397. VI. *Experimenta et obſervationes ſepticorum et antiſepticorum indolem illuſtrantia, auctore* EBERHARDO GMELIN, *M. D. praefecturae Wirtembergicae Freudenſtadianae medico ordinario, academiae imperialis naturae curioſorum collega et inſtituti mor. et litt. elegant., quod Erlangae floret, ſocio honorario.*

VII. *Disquiſitio chemica de ſilice, academiae caeſareae naturae curioſorum actis deſtinata a* IOANNE CHRI-

CHRISTIANO WIEGLEB, *pharmacopoeo Longoſaliſſenſi, acad. elect. Moguntinae ſcientiar. utilium ſodali.* Confutatur BAUMEI et POERNERI hypotheſis, terram aluminarem terram eſſe veram ſiliceam. Per ſua ſibi experimenta WIEGLEBIUS perſuaſit, ſilicem mixtum eſſe corpus, cuius partem maiorem conſtitutivam efficit terra ſilicea ſpecifica, a natura cum portione terrae aluminis et calcareae, tanquam partibus conſtitutivis, coniuncta; quam proportionem experientia duce ſequenti modo determinat. Unciae duae ſilicis conſtant e 12 drachmis et 50 granis genuinae terrae ſiliceae, atque 2 drachmis 56 granis terrae ſolubilis, compoſitae duabus partibus aluminaris, et parte una calcareae. Aut numero rotundo e 13 drachmis terrae inſolubilis proprie ſiliceae, 2 drachmis terrae aluminaris et 1 drachma terrae calcareae.

VIII. *Memoria viri perilluſtris, magnifici et excellentiſſimi,* IOANNIS BAPTISTAE MORGAGNI, *philoſophiae et medicinae doctoris, in univerſitate Patavina primarii anatomiae profeſſoris et praeſidis, academiae imperialis naturae curioſorum adiuncti, ſocietatum ſcientiarum Petropolitanae, Pariſienſis et Berolinenſis collegae. Ex* ANGELI FABRONII *Biographia Italorum excellentium, qui ſeculo XVIII. floruerunt, decade II. decerpta.* p. 409.

IX. *Memoria viri praenobiliſſimi, excellentiſſimique* IOANNIS SEBASTIANI ALBRECHT, *medicinae doctoris, in illuſtri gymnaſio Caſimiriano academico philoſophiae naturalis profeſſoris publici, ruris Coburgenſis phyſici atque academiae imperialis naturae curioſorum adiuncti. Ex programmate funebri depromta.* p. 435.

Tomo ſeptimo continentur haec: To. VII.

Praefationem more conſueto excipiunt: 1) continuatio catalogi collegarum academiae caeſareae Leopol-

Leopoldino-Carolinae naturae curioſorum ab anno 1778 usque ad 1781 in eandem receptorum; 2) catalogus collegarum huius academiae hactenus, quoad quidem actorum editoribus conſtat, demortuorum; 3) catalogus alphabeticus virorum, qui pro ſeptimo hoc tomo obſervationes phyſico-medicas communicarunt.

p. 1. *Obſervatio I. D.* CHRISTIANI FRIDERICI REUSS. *De viribus caricis arenariae radicis ſarſaparillae vires fere ſuperantibus, et de uſu plurium indigenarum plantarum virtutibus hactenus abſconditarum ulterius inveſtigando.*

p. 12. *Obſervatio II. D.* PETRI BODDAERT. *Specimen novae methodi diſtinguendi ſerpentia.* Deſumta eſt haec nova methodus a variis lineis, faſciis etc., quibus natura haec animalia pinxit, item roſtri forma. I. Crotalus. II. Boa. III. Coluber. IV. Anguis. V. Amphisbaena. — Praemittuntur nonnulla ſimilis argumenti ad alias regni animalis claſſes pertinentia.

p. 27. *Obſervatio III. D.* FETRI LUCHTMANS. *Maxillae inferioris a dyſcraſia ſcorbutica mutatae exemplum.*

p. 33. *Obſervatio IV. D.* CORNELII PEREBOOM. *De mirabili virtute ſedi ſive ſempervivi maioris in morbis convulſivis.*

p. 34. *Obſervatio V.* CHRISTOPHORI FRIDERIBI SIGEL. *De phalaena noctua elingui eiusque larva in dianthi hortenſis flore reperta. Deſcriptio larvae.* Corpus articulatum, articulis decem, 12 lin. longum. Caput pilis tenuiſſimis albis tectum. Frons cum ore nigra, nitida. Cornicula frontis duo, multiſeta, nigra, ſetis inaequaliter longis, tenuiſſimis, ad extremitates globoſis. Faſciculi piloſi aurantii coloris, quatuor in medio tergo. Ad tertium articulum cornicula utrinque bina, quorum alterum corniculis frontis ſimile, alterum vero faſciculum tenuiſſimorum

rum alborum pilorum conſtituebat. Pedes thoracici ſex acuminati: abdominales decem truncati. Cauda erecta multiſeta nigra, ſetis in extremitate globoſis. Cornicula frontis et thoracis, nec non cauda pilis tenuiſſimis fuſcis circumvallata. Tergum pone faſciculos aurantiacos, ocellis tribus duplicatis, punctum ſcilicet album circulo nigro et kermeſino includentibus, ornatum. Linea lateralis maculis VIII. kermeſinis oblongis, quadratis diſtincta. Sub linea laterali ſex lineae breviſſimae albeſcentes, pilis tenuiſſimis raris conſpicuae. — *Deſcriptio Phalaenae.* Corpus ſegmentis VIII. conſtans, ovato-oblongum, longitudine IV. lin. ſcrupulosque 6 Pariſ. aequans. Segmenta in tergo et ad latera cinereo holoſericeo nitente colore gaudentia, ad limbum pilis tenuiſſimis pallide fuſcis, cincta ſunt. Abdomen ad latera hirſutum pallideque fulvum, regione media glabra cineraſcente. Caput ſuperne pilis tenuiſſimis pallide fulvis tectum. Os absque lingua manifeſte ſpirali. Oculi nigri. Antennae ſetaceae, tenuiſſimae, non ultra lineam longae. Alae, reſpectu corporis, minutiſſimae, reflexae, vix lineam latae neque multo longiores. Pedes ſex nigreſcentes, femoribus hirſutis pallide fulvis. Anus hirſutus, pallide fulvus. — Cum figg. larvae et phalaenae.

Obſervatio VI. D. IOANNIS ADAMI POLLICH. p. 38.
De Belladonnae radicis decocto aquoſo, ſenſorium commune afficiente, hinc ſenſus externos ac internos ſuſpendente, deglutitionem impediente, furores producente etc.

Obſervatio VII. FRANCISCI IACOBI DEMACHY. p. 48.
Aethiops mineralis per ſe. Mucaginem cum tragacantha aut arabico gummi praepara mediocriter ſpiſſam; cum hac mucagine hydrargyrum cito contere non in gyrum, uti moris eſt, ſed in circulos elliptiſcos inter ſe factos, quae agitandi methodus promtiorem hydrargyri extinctionem, ut dicunt, produ-

cit. Poſt alterutram horam aqua calente infunde, ut ſolvatur, filtra, et chartulae adhuc adhaerebit aethiops per ſe, pulvis nigerrimus, leni calore exſiccandus et ad uſum ſervandus. — Pulvis hic ipſo mercurio levior eſt, in calcem albidam, ſi igni continuo exponatur, abit, multo difficilius in hydrargyrum convertitur, acidum vero vegetabile facillime ſubit.

p. 49. *Obſervatio VIII.* D. CHRISTOPHORI GOTTLIEB BONZ. *De peſſo ex vagina uteri in inteſtinum rectum tranſeunte.*

p. 51. *Obſervatio IX.* D. CHRISTOPHORI GOTTLIEB BONZ. *De reno dextro abſumto.*

p. 52. *Obſervatio X.* D. CHRISTOPHORI GOTTLIEB BONZ. *Acarus Ypſilophorus.* Inter labia mytuli cygnei a B. repertus eſt. Inſectum fuſco-nigrum eſt, continuum, ovatum, dorſo convexo, notato parte anteriore lineis duabus, pallide flavis, ad latus utrumque exortis, quae deſcendunt tractu obliquo, paullumque tortuoſo, ac coëunt in medio eius regionis, qua thorax inſecti terminari videtur. Inde per reliquum tergum decurrit linea una, longitudinalis, parum tortuoſa, pallide flava, cum lineis iam deſcriptis literam graecam Υ efformans, terminata ad anum in maculam eiusdam coloris, quae ad abdomen producitur, ibique formam ovatam induit. Ceterum abdomen planius dorſo eſt. Pedes octo, filiformes ſunt, ac poſticis longiſſimi. Animalculum in aqua detentum promte infra illam diſcurrit. Natare haud valet, nec in arido inſiſtere pedibus debiliſſimis. — Accedunt figurae.

p. 53. *Obſervatio XI.* D. CHRISTOPHORI GOTTLIEB BONZ. *Gemellus alter fruſtra exſpectatus.*

p. 55. *Obſervatio XII.* D. CHRISTIANI IACOBI MELLIN. *De capitis laeſione, ſymptomatibus et medendi ratione.*

Obſer-

Obſervatio XIII. D. CHRISTOPHORI IACOBI MELLIN. *Siſtens ſectionem viri apoplexia extincti eiusdemque pedis monſtroſi.* p. 59.

Obſervatio XIV. D. BALTHASARIS HACQUET. *Nova methodus trepanationem ſuper oſſe cranii depreſſo inſtituendi, duobus caſibus comprobata.* Cum tab. aen. p. 61.

Obſervatio XV. PAULI IOANNIS BONZ. *De mercurio praecipitato rubro.* Accipe argentum vivum, quod in vola manus, vel ſuper charta, in horizontalem ſitum poſita, nullos angulos format; ſine cauda decurrit; poſt evaporationem in crucibulo neque cinerem griſeum relinquit, neque in fine ſub motu et crepitu quodam de illo exilit. Huius mercurii tres libras immitte retortae vitreae unius vel duarum menſurarum capaci: ſuperfunde quinque libras aquae fortis concentratae, ex bonae notae nitro deſtillatae. Digere per duos dies; menſtruum primo turbidum redditur, ulteriore digeſtione rurſus clarum evadit, et mercurius fere omnis ſolvitur. Infunde hanc ſolutionem, antequam penitus refrixerit, in retortam ſpatioſam, pone illam in arenam, lutatis probe iuncturis, et aquam fortem ad ſiccitatem deſtilla. Durante hoc tempore alias tres libras mercurii vivi et quinque libras aquae fortis digeſtioni committe, funde hanc ſolutionem ſuper modo memoratum praecipitatum ſiccum, et abſtrahe de illo aquam fortem, ut antea. Haec aqua fortis abſtracta ſemper ad novas ſolutiones adhiberi poteſt, ſingulis modo eiusdem libris uncias tres aquae fortis nondum uſurpatae addendo. Utitur B. ad has ſolutiones peragendas catino ferreo, ſex retortas capiente, in quibus ſex dierum ſpatio argenti vivi libras triginta ſolvit, quod in tribus retortis, poſitis in totidem furnis, ſibi invicem iunctis, calcinat. Mercurio in tanta quantitate ſoluto, quanta placuerit, iterumque exſiccato, p. 100.

furnus, qui retortas continet, carbonibus impletur, binae portae foci et cinerarii occluduntur, rimas earundem argilla oblinendo, ut omnis aër ab igne arceatur. Ignis in hoc ſtatu per tres horas relinquitur, intra hoc tempus flores in ſuperiorem partem retortae aſcendent, ſenſim ſenſimque augeſcentes. Tribus hiſce horis elapſis porta foci iterum aperitur, furnus carbonibus denuo repletur, et argilla oblinitur, ut prius. Conſervatur in hoc ſtatu ignis iterum per tres horas, in quo intervallo flores mercuriales ulterius in anteriorem partem colli retortae migrabunt, poſteriore eiusdem parte nuda relicta. Fac impleas furnum tertia vice carbonibus, porta foci rurſus occluditur, verum non amplius oblinitur. Locus nudatus retortae paulatim reddetur opacus, et pedetentim in colorem flaveſcentem verget. Poſt bihorium furnus carbonibus, quantum capere poteſt, obruitur. Hic ignis gradus ſufficeret ad mercurium revivificandum, ſi quatuor horas maturius applicitus fuiſſet; iam vero ad tantam fixitatem redactus eſt, ut hoc calore elevari nequeat. Tranſibit flavus color retortae ſenſim ſenſimque in aurantium, poſtea in lateritium tandemque in cinnabarinum. Quando haec pars retortae ex arena prominens, ad palmae latitudinem in hunc colorem cinnabarinum converſa eſt, portam foci denuo luto B. oblinit, patiturque ignem intermori. Aqua fortis in excipulum deſtillans durante calcinatione colorem caeruleum induit, quem aëri expoſita rurſus amittit. Perſuadet ſibi B., colorem hunc partibus arſenicalibus mercurio immixtis tribuendum eſſe, quaeritque, novumne inde argumentum ad demonſtrationem principii arſenicalis peti poſſit. In retorta poſt refrigerationem diffracta invenies mercurium praecipitatum rubrum ſumme coruſcantis ignei coloris, qui omnes requiſitas qualitates prae ſe fert.

Obſer-

Obſervatio XVI. D. GUILIELMI HENRICI SEBASTIANI BUCHOLTZ. *Siſtens hiſtoriam morbi nigri cum eventu lethali.* p. 105.

Obſervatio XVII. OTTONIS FRIDERICI MULLERI. *Molluſcorum marinorum Norvagiae Decas II.* Actinia plumoſa. Actinia craſſicornis. Hydra bricornis. Hydra minuticornis. Hydra crateriformis. Hydra capitata. Hydra carnea. Doris lacinulata. Lobaria quadriloba. Myxine glutinoſa. p. 110.

Obſervatio XVIII. D. HENRICI FRIDERICI DELII. *De alalia et aphonia.* p. 120.

Obſervatio XIX. D. HENRICI FRIDERICI DELII. *De natro, ſalis ammoniaci fixi ſpecie.* p. 124.

Obſervatio XX. D. GUILIELMI GODOFREDI PLOUCQUET. *De ophthalmia e ſingulari cauſſa nata.* Aegrota (puella quinquennis) piſum ſternutando excervit, quod petulans ante ophthalmiam per modum luſus in nares intruſerat. Piſum hocce, loco humido et calido fotum, germen dimidium pollicem longum emiſerat, quod ſine dubio perpetua ſua irritatione in vicinia oculi congeſtionem ſanguinis effecit. — Tum agitur de *morſis a rabido cane*, feliciter ſanatis. p. 127. p. 128.

Obſervatio XXI. Eiusdem. Variolae ſero ſuppurantes. Poſt undecim demum dies a morbi principio ſingulae puſtulae pus laudabile formabant, aegrotusque (infans) brevi reſtitutus fuit. p. 130.

Obſervatio XXII. Eiusdem. Haemorrhagia narium enormis. Sanguis uno prope continuo rivo per quadraginta horas effluere perrexit, ita ut demum ſerum cruore leviter tinctum prodiret, aegra (foemina triginta annorum) interim exſangui et fere exanimi. Tandem ope vitrioli martis eo perventum eſt, ut haemorrhagia ceſſaret. Ad minimum centum uncias ſanguinis foemina perdiderat. p. 130.

p. 131. *Observatio XXIII.* D. IOANNIS ADAMI POLLICH. *De insectis, quae in Cel.* LINNAEI *Syst. Nat. non prostant.* Describuntur Papilio Pompadur. Cimex punctum album. Cimex superbus. Cimex Vilburgensis. Tenthredo arbustorum. Lucanus aeneus. Ichneumon mixtus. Phalaena bipunctata.

p. 142. *Observatio XXIV.* D. MAXIMILIANI IACOBI DE MAN. *Sphacelus scroti curatus.* Cortex peruvianus interne externeque usurpatus malum sanavit. Novum scrotum natum est, a priori in eo duntaxat diversum, quod glabrum absque rugis, arcte cohaereat ipsis cum testibus, nullo iisdem motu relicto. Interea nihil inde incommodi aegro persanato deinceps remansit.

p. 143. *Observatio XXV. Eiusdem. Vesicantis effectus in paralysi partium inferiorum post lapsum ex alto.* Emplastrum e cantharidibus paralysin sustulit.

p. 144. *Observatio XXVI. Eiusdem. Cura obstructionis alvinae pertinacissimae.* Clysmati e muria salis gemmae, plurimis frustra tentatis, obstructio cessit.

p. 145. *Observatio XXVII. Eiusdem. Successus antihelminthici Noufferi in lumbricis exturbandis.* Adscendit ad LXVI exturbatorum lumbricorum numerus, perfectaque sanitas secuta est.

p. 146. *Observatio XXVIII. Eiusdem. Usus spiritus cornu cervi cum oleo olivarum in doloribus catarrhosis.*

p. 147. *Observatio XXIX. Eiusdem. Iliaca passio cum vomitu stercoreo sanata simplicis immersionis balneo.* Ex emollientium herbarum infuso calidum immersionis balneum paratur. Ingreditur aeger. Copiosior confestim prorumpit sudor, exoneratur venter, pelluntur dolores, vita servatur, sanitas redit.

p. 147. *Observatio XXX. Eiusdem. Epilepsia paucos intra dies sola primarum viarum evacuatione curata.*

p. 150. *Observatio XXXI. Eiusdem. Variolae eodem in homine bis observatae.* Veras variolas eundem hominem

minem bis invaſiſſe, omnino quinquies ſua in praxi obſervavit. Hic duos huiusmodi caſus memorat.

Obſervatio XXXII. D. MAXIMILIANI IACOBI DE MAN. *Foetus ac mater variolis diverſo tempore afflicti.* Concludit ex hoc caſu, 1) varioloſa cum matre non eodem ſemper tempore variolis laborare foetum, 2) venenum varioloſum, quemadmodum et alia venena, citra effectum aliquamdiu in corpore deliteſcere poſſe, ſuam deinceps tragoediam luſurum, 3) foetum cum matre non communem, ſed privatam quemque vitam agere, et ſingulis ſingularem ſuum ſanguinis eſſe circuitum. p. 151.

Obſervatio XXXIII. *Eiusdem.* *Purgantium uſus in variolarum ſtatu deſperatiſſimo. Salivatio in hoc morbo diutiſſime protracta, nec non febris varioloſa intermittens.* p. 152.

Obſervatio XXXIV. *Eiusdem.* *Cogitationes extemporales de tempeſtivo variolas inſerendi tempore.* Non alio, quam hiemali, tempore inſitionis operatio concedenda ipſi videtur. Virus enim varioloſum, poſtquam aliquamdiu ſaeviit, adveniente bruma, plerumque mitigatur tandemque emoritur. p. 153.

Obſervatio XXXV. D. IOANNIS CHRISTIANI EHRMANNI. *De rhagadibus venereis a gonorrhoea maligna ſuppreſſa.* p. 154.

Obſervatio XXXVI. *Eiusdem.* *Ulceris venerei ſolutio a variolis.* p. 155.

Obſervatio XXXVII. D. IOANNIS FRIDERICI CONSBRUCH. *Siſtens anevrismata et polypos cordis ac maximarum arteriarum.* p. 156.

Obſervatio XXXVIII. D. IOANNIS FRIDERICI GMELINI. *De meliori acidum ſalis dulcificandi ratione.* p. 162.

Obſervatio XXXIX. D. FRANCISCI ZANETTI. *De epilepſia a mercurialibus inducta.* p. 184.

Obſervatio XL. *Eiusdem.* *De cremoris tartari efficacia in hydrope.* Cremorem tartari ad drachmam unam p. 187.

unam ter de die ſumendam multa graminis decoctione ſolutam *Z.* commendavit. Hoc remedii genere continuato, tanta urinae copia gradatim profluxit, ut tumor hydropicus manifeſte decreſcens intra decem dies ſublatus ſit. Sic expulſis aquis ſuperfluis, et inflammato dein per remedia tonica ac roborantia fibrarum vaſorumque elatere, patiens ex integro convaluit.

p. 190. *Obſervatio* XLI. *D.* (i. e. chemiae doctoris) PAULI IOANNIS BONZ. *De oleo reſinoſo, ſecedente ex naphtha vitrioli, una cum illuſtratione indolis aetheris atque alcohol.* E variis BONZII ſuper naphtha vitrioli et aethere experimentis elucet, duplicis generis olea alcoholi ineſſe: unum ſubtiliſſimum, ad aetheris exiſtentiam ſumme neceſſarium, ſpecificum; alterum minus ſubtile, maxime in naphtha praeſens, ad indolem oleorum deſtillatorum atque balſamorum accedens. Aether ipſe numeroſis cohobationibus oleis hiſce gravioribus liberatus nihil amplius oleoſi in lucem profert, tam ſub ulteriore cohobatione, quam admiſtione acidi vitriolici, ſed diutius ita tractatus deſtruitur. — Liquor aetherque ſulphure inquinati ad uſus medicos ſuper aqua, non alcali, rectificandi ſunt, quia hoc illis indolem gratam atque fragrantem eripit.

p. 197. *Obſervatio XLII. Eiusdem. Vegetatio pulcre figurata ſpontanea arcani duplicati impuri.* Vegetatio haec ſingularis proprie ad hiſtoriam aquae fortis pertinet. Vitriolum anglicum in ſuperpondio adhibitum nunquam ſub deſtillatione prorſus disiungitur; hinc arcanum duplicatum ſemper eo inquinatum eſt. Quando igitur caput mortuum elixatur ad purandum arcanum duplicatum, ad vitriolum non deſtructum ſemper reſpiciendum eſt. Huiusmodi lixivii cryſtallos prima vice formatas in hypocauſti calefacti loco altiori planis in patinis ad exſiccationem noſter repoſuit

ſuit. Poſtero die, cum quasdam patinas forte auferret, non ſatis potuit admirari elegantem vegetationem, qua fragmenta cryſtallina duarum patinarum fornaci proximarum modo pulcherrimo obtecta erant. Vegetationibus arboris lunae, ſolutionis ſaturatae mercurii, ſolutionis cupri, cum ſtanno limato, regularis haec arboreſcens vegetatio palmam praeripuit. Quum reliquae per ramos cuſpidatos ſe extendant, haec in extremitatibus plures habebat nodos, truncum, expanſos ramos regulares, et tota ſuperficies hortulo peramoeno ſimilis erat. In margine vaſorum, ubi ſal prius humidum defluxit, ſtabant ſimiles rami paulum humiliores. Arbuſculae hae conſtant ex ſale granoſo digitis aegre friabili. Maxima earum cum trunculo ramisque ſuis in altitudinem pollicis excrevit. — Icon accedit. — Ratio phaenomeni ſecundum noſtrum quaerenda eſt in redundante ferri vitriolo. Alia ſalia media, in quibus acida dominantur, monet nunquam non, temporis quodam intervallo, ad excreſcendum inclinare.

Obſervatio XLIII. D. IOANNIS IACOBI REICHARD. *Additamenta ad Floram Halenſem.* Augent Floram Halenſem a LEYSERO 1761 evulgatam, debenturque A. G. ROTHIO, botanico claro variisque ſcriptis, ut flora Germaniae, in qua edenda etiam nunc occupatur, nominis celebritatem adepto. p. 108.

Obſervatio XLIV. D. IOANNIS CHRISTIANI GOTTLIEB ACKERMANN. *De Crinonum infantili morbo.* p. 203.

Obſervatio XLV. D. PAULI IOANNIS FRIDERICI HELMERSHAUSEN. *Continuata de pertinaciſſima obſtructione alvi perfecte ſanata.* p. 261.

Obſervatio XLVI. D. IOANNIS GODOFREDI BÜSCHER. *De lue pecudum ex contagio aëris putrido per ignem arcenda.* p. 221.

p. 224. *Observatio XLVII.* *D.* IOANNIS FRIDERICI CHRISTIANI SCHERF. *De morbo nigro.*

p. 227. *Observatio XLVIII.* *Eiusdem.* *De diarrhoeae habitualis cum febre hectica stipatae quadam medela.*

p. 230. *Observatio XLIX.* *D.* IOANNIS FRIDERICI GLASERI. *De praeternaturali cranii depressione absque sugillationibus et fissuris per sectionem legalem detecta.*

p. 232. *Observatio L.* *D.* FRANCISCI ZANETTI. *De cephalaea biliosa.*

p. 235. *Observatio LI.* *D.* SEBASTIANI PAOLI. *Ex stibio sulphur inauratum in affectione hysterica proficuum.*

p. 247. *Observatio LII.* *D.* IOANNIS NUSCH. *De sarcocele cum epiplocele sine operatione chirurgica, tantum per medicamenta tum interna, tum externa, feliciter curata.*

p. 253. *Observatio LIII.* *Eiusdem.* *De hydrosarcocele sectione longitudinali cum exstirpatione testis curata.*

p. 255. *Observatio LIV.* *D.* CHRISTIANI GOTTLIEB BONZ. *De punctione vesicae urinariae per intestinum rectum.*

p. 259. *Observatio LV.* *D.* CHRISTOPHORI FRIDERICI SIGEL. *Historia morbi spasmodici singularis, observationem XXXVIII. Tom. VI. Act. N. C. forsan illustrans.*

p. 285. *Observatio LVI.* *D.* IOANNIS CHRISTIANI FRIDERICI SCHERF. *Dissectio melancholici.* Invenit *S.* hoc in cadavere multa, quae ab aliis anatomicis in sectionibus hominum melancholicorum reperta sunt: omentum vitiatum, siccum, parvum et exsangue cor, flaccidum et parvum lienem, hepatis nigredinem, atro sanguine iniectas quasi venas et arterias durae matris, duritiem et congeriem glandularum Pacchioniarum, plexum choroideum tumidum hydatidibus obsessum, ipsiusque glandularum scirrhositatem.

Sup-

Supplementum hiſtoriae morbi ſpasmodici ſingularis (*obſerv. LV.*) *D.* CHRISTOPHORI FRIDERICI SIGEL. p. 289.

Appendice continentur:

I. IOANNIS IACOBI RITTER, *M. D. academici curioſi infuſa plantarum et obſervationes oeconomicae. Pars prima.* p. 1.

II IOANNIS IACOBI RITTER *M. D. academici curioſi infuſa plantarum. Pars ſecunda.* p. 57.

III. *Meletemata ad hiſtoriam naturalem Suidni cenſem. Collegit* IOANNES IAAOBUS RITTER *M. D. academicus curioſus emeritus.* p. 103.

IV. PAULI IOANNIS BONZ, *pharmacopoei Eslingenſis, academici curioſi, ſylloge obſervationum quarundam, quomodo varia producta medico-chemica, maiore copia, maiore ſumtu, praeparanda ſint.* Obſervatio I. agit de phoſphoro ac urinae ſale eſſentiali. Obſervatio II. de aqua forti, methodo maximam eiusdem copiam obtinendi, atque caput mortuum ad varios uſus adhibendi. Obſervatio III. de ſpiritu ſalis, quatenus iuxta methodum aquae fortis deſtillari nequeat. Experimentum huius rei. Volatiliſatio terrarum per acidum ſalis. p. 143.

V. *Decas obſervationum anatomicarum indagatione D.* FRIDERICI WILHELMI CAPPEL, *ſereniſſimi ducis Brunovicenſis et Luneburgenſis conſiliarii aulici, in univerſitate Iulia Carolina Helmſtadienſi anatomes et chirurgiae profeſſoris, academiae imperialis naturae curioſorum collegae* MARINUS II. *dicti.* Obſervatio I. Frigoris phaenomena in cadavere, eiusque inteſtinum ileum a lumbrico perforatum. — Obſervatio II. Verminoſa pullities; hepar praegrande. — Obſervatio III. Omenti et inteſtinorum mala conſormatio; cholelithus cryſtallioformis. — Obſervatio IV. Anatome puerperae, cuius cordi pericardium arcte accretum erat. — Obſervatio V. Uteri orificium p. 159.

cium praeternaturale; polypoſae concretiones in pectore et cerebro. — Obſervatio VI. Meſenterii et pancreatis obſtructio cum inflammatione coli. Pulmonum vomicae. — Obſervatio VII. Hydrocephali inveſtigatio. — Obſervatio VIII. Vaſorum ſanguiferorum mira conditio per iniectionem cerae detecta. — Obſervatio IX. Inteſtina praeter ventriculum ab omento denudata. — Obſervatio X. Phimoſis et viſcera abdominis auctae magnitudinis.

p. 157. VI. LAURENTII CRELLII, *med. doct. medicinae theoret. et mater. med. prof. publ. ordinar. in acad. Iulia Carolina, acad. caeſar. Leop. Carol. natur. curioſor. adiuncti, acad. elect. Mogunt. ſcient. util. ſocietat. philoſ. Edinb. amicor. natur. ſcrut. Berolin. ſocii, acad. reg. ſcient. Goetting. correſpondentis, periculorum chemicorum de acidi pinguedinis concentratione eiusque in corpora metallica efficacia. Sectio prima.*

p. 188. VII. *Sectio altera.*

p. 205. VIII. *Memoria viri excellentiſſimi et experientiſſimi* GEORGII CHRISTIANI MATERNI DE CILANO, *medicinae doctoris, auguſtiſſimi regis Daniae a conſiliis iuſtitiae, philoſophiae naturalis, medicinae et antiquitatum graecarum et romanaram profeſſoris in gymnaſio academico Altenavienſi, S. R. I. academiae naturae curioſorum collegae* MENANDER II. *dicti, et regiae ſocietati ſcientiarum Hafnienſi adſcripti.*

p. 211. IX. *Memoria viri illuſtris et doctiſſimi,* CHRISTOPHORI TRAUGOTT DELII, *ſacrae caeſareae et regiae apoſtolicae maieſtatis conſiliarii aulici actualis atque in montaniſticis et res metallicas ſpectantibus referendarii, academiae imp. natur. curioſor.* APOLLODORI III.

p. 219. X. *Memoria viri celeberrimi et excellentiſſimi,* ANTONII MARIA MATANI, *philoſophiae et medicinae doctoris, in Piſano athenaeo publici medicinae profeſſoris, academiae imperialis Leopoldino-Carolinae naturae curioſorum, regiae ſcientiarum Londinenſis, Goettingenſis,*

ſis, Monſpelienſis, oeconomiae Bernenſis et botanicae Florentinae ſodalis.

II.

Der Naturforſcher. Eilftes Stück. Halle, bey Johann Jacob Gebauer, 1777-8. pagg. 204. tabb. aenn. IV. — Zwölftes Stück. 1778. pagg. 244. tabb. aenn. V. — Dreyzehntes Stück. 1779. pagg. 236. tabb. aenn. V. — Vierzehntes Stück. 1780. pagg. 220. tabb. aenn. VI. — Funfzehntes Stück. 1781. pagg. 256. tabb. aenn. V. — Sechzehntes Stück. 1781. pagg. 212. tabb. aenn. IV. — Siebzehntes Stück. 1782. pagg. 250 tabb. aenn. V. — Achtzehntes Stück 1782. pagg. 268. tabb. aenn. V. — Neunzehntes Stück. 1783. pagg. 220. tabb. aenn. VIII. — Zwanzigſtes Stück. 1784. pagg. 322. tabb. aenn. III. — Ein und zwanzigſtes Stück. 1785. pagg. 200 tabb. aenn. V. — Zwey und zwanzigſtes Stück. 1787. pagg. 206. tabb. aenn. VI.

i. e.

Naturae ſcrutator. Pars XI — XXII.

Repetimus laborem contenta huius diarii breviter recenſendi diu intermiſſum *).

I. I. E. I. WALCHII *collectanea ad ornithologiam exoticam. Pars I.* Deſcribuntur iconibusque pictis exhi- P. XI.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXII. p. 700. Vol. XXIII. p. 45. 640.

exhibentur Pipra Rupicola LINN. et Tringa carunculata Capenſis, quarum avium poſterior nuspiam alibi deſcripta eſt.

p. 11. II. SANDERI, *profeſſ. Carolsruh.*, *collectanea ad hiſtoriam avium. Pars I.* Agitur de hiſtoria naturali Otidis tardae L. (corrigitur ac ſuppletur deſcriptio Linnaeana); de falcone pygargo L. (deſcribitur haec avis, additis ſimul obſervationibus zootomicis); de alauda pratenſi L.

p. 26. III. HEMME, *verb. div. min.*, *de praeparatione piſcium ficca in uſum muſeorum.* Non omnes piſces eadem auctor ratione ſicce praeparandos cenſet. Quibus ſquamae ſunt amplae, eorum praeparatio poſt mortem tamdiu differenda eſt, donec ſquamae in eo latere, quod ſervare placet, penitus ſiccatae ſint; alioquin, dum cutis aufertur, decidunt. Sed quibus corpus vix eſt ſquamoſum, diu poſt mortem, antequam praeparentur, adſervandi ſunt; alioquin cutis ipſorum elaſtica adeo contrahitur, ut forma nativa reſtitui nequeat. Piſcis primum ſecundum longitudinem diſſecatur, ſic ut cauda pinnaeque dorſales, ventrales atque anales, eo in latere, quod ſervare conſtitueris, remaneant. Tum oſſicula pinnarum ſub cute forfice acuta reſecantur; ac caro protinus a cute aufertur atque abraditur, ita tamen, ut ne cutis laedatur. Quo conſilio auctor cultrum laudat, quo vulgo arbores inoculantur. Hoc labore peracto, etiam dimidia capitis pars intrinſecus, quoad eius fieri poteſt, a cerebro ac carne repurgatur, oculus perfoditur, humor diligenter exprimitur, vacuumque cera aut goſſypio repletur. Iam cutis aliquantiſper aquae ſubmergitur, ut pinnae tractari expandique poſſint. Poſt caput caudaque in tabula graphica charta obducta figuntur; pinnae expanduntur, dorſumque acubus multis pariter in tabula figitur. Quo facto goſſypii, quantum ſatis eſt, a ventre

tre ſub cutem ingeritur, ut forma nativa piſcis craſſitiesque redeant. Deinde etiam ventre acubus multis affixo, piſcis fornaci calenti aut ſolaribus radiis exponitur, ut quantocius ſicceſcat. Ubi ſiccatus eſt, facies exterior vernice illinitur, quae ſquamis ſplendorem priſtinum reſtituit, pariterque protinus ſiccanda eſt. Denique goſſypium removetur, faciesque etiam interior vernice oblinitur, piſcis poſtremo penitus ſiccatus, qua libet ratione, chartae conglutinatae adfigitur. — Vernicem auctor laudat vulgarem e reſina oleoque lini paratam. Affirmat, piſces ſic praeparatos ab inſectis vix ac ne vix quidem laedi.

IV. VON SCHEVEN, *verb. div. min.*, *collectanea ad hiſtoriam naturalem inſectorum. Pars II.* Deſcribitur inque tabula aenea picta ſiſtitur larva in plantis arundinaceis degens equisque noxia, una cum pupa inſectoque perfecto, ad noctuas ſpirilingues referendo. p. 30.

V. *D.* KÜHN *anecdota ad inſectorum hiſtoriam ſpectantia. Pars VII.* Agitur de pupis monſtroſis; de cauſa, cur phalaenae lumini advolent (REAUMURII aliorumque entomologorum opinio, tantummodo mares lumini advolitare, idque oeſtro veneris actos, refutatur, cauſaque huius phaenomeni potius a ſtructura oculorum repetitur); de larvis dipſaci, earumque pupa atque inſecto perfecto, tinea admodum ſpecioſa, cuius deſcriptionem nullibi ſe reperiſſe auctor fatetur. p. 37.

VI. MEINECKE, *conrect.*, *obſervationes entomologicae. Pars V.* Diſputat auctor de volatu inſectorum, variaque ſtructura et indole alarum horum animalculorum, ſic ut teleologiae doctrinam promoveat. p. 47.

VII. S. A.

p. 63. VII. S. A. DE ROTTEMBURG *adnotationes ad tabulas Hufnagelianas lepitopterorum.* Pertractantur geometrae.

p. 92. VIII. KAPP, *verb. div. min.*, *observatio historiam itinerum insectorum spectans.* Agitur de papilione brassicae. — In nota adiecta editor huius diarii similis itineris carabi vulgaris mentionem facit.

p. 96. IX. GOEZII, *verb. div. min.*, *examen vermium cadaverum, qui vulgo dicuntur* (*Leichenwürmer*). Opinatur vulgus, cadavera humana in loculis a vermibus peculiaris naturae consumi. Id falsum esse, auctor clarissime demonstrat. Si enim cadavera, quod vulgo fit, sub terra alte defodiuntur, loculique humo obruuntur, cadavera ab omnibus vermibus insectisque tutissima sunt; sin mortui ita sepeliuntur, ut aëri atmosphaerico liber ad loculos aditus manet (id quod de sepulturis in aedibus sacris etc. valet), fieri sane potest, fitque revera, ut muscae cadaverinae cadavera petant.

p. 105. X. HACQUETI, *profess.*, *dissertatio de echinita recens detecto.* Est e numero regularium ano verticali LINN., ore tamen subtus decemvalvi. Totus cortex in spatum calcareum cinereum transiit speciosae politurae capax; intus lithomarga repletus est. Colore est albide griseo. Reperitur in Histria in promontorio margaceo prope oppidum Petinam. Ad quamnam echini speciem in systemate Linnaeano pertineat, H. decernere non audet. — Absoluta huius echinitae (cuius etiam icon in tabula aenea picta accedit) descriptione adduntur variae observationes orologicae (de altitudinis montium imminutione etc.), in primis petrefacta spectantes. In summis montium cacuminibus nudis multa auctor petrefacta reperit. Ideo aliisque de causis errare credit, qui omnia corticis telluris loca inundata fuisse asserunt.

XI. DE

XI. DE SCHEFFLER, *doct. Gedan.*, *epiſtola ad* WALCHIUM, *conſiliar. aulic.*, *de origine arenae.* Arbitratur SCH., initio rerum a deo certam quandam iuſtamque arenae copiam una cum planeta, quem incolimus, creatam fuiſſe, huncque numerum, cum arena nunquam non, quemadmodum omnia omnino corpora, ſua in elementa reſolvatur, continuo novae arenae generatione reſarciri. Hanc novae arenae generationem a coagulatione aquae elementa arenae continentis repetit *). Obiter de coagulatione in univerſum, quam cum cryſtalliſatione ac vegetatione arctiſſimo vinculo coniunctam eſſe auctor ſuſpicatur. p. 122.

XII. MEINECKE, *verb. div. min.*, *diſſertatio ſuper coralliis petrificatis.* Eſt additamentum ad auctoris lithographicam et mineralogicam deſcriptionem regionis Oberwiederſtedtenſis in comitatu Mansfeldenſi **), enumeratque corallia, quorum veſtigia in ſilice igniario eiusdem regionis cernuntur. Sunt haec Corallina, cuius plures illic occurrunt varietates, Eſchara fiſtuloſa, Corallina officinalis, Eſchara foliacea, variae Alcyonii, ut videtur, ſpecies, Milleporae madreporae etc. p. 128.

XIII. I. E. I. WALCHII, *diſſertatio de petrefactis Sternbergenſibus in ducatu Megalopolitano.* Accurata horum foſſilium enumeratio, qualis a WALCHIO exſpectari poterat. p. 142.

XIV.

*) Multum convenit haec hypotheſis cum theoria WALCHII, cuius diſſertatione motus SCH. hanc epiſtolam ad WALCHIUM perſcripſit. De WALCHII theoria vid. Comm. noſtr. Vol. XXII. p. 709.

**) Vid. ibid. l. c.

p. 161. XIV. MEINECKE, *verb. div. min.*, *epiſtola ad* WALCHIUM. *conſil. aulic.. de helmintholithis encrinis Brunsvicenſibus.* Ipſa animalia a ſtellis marinis auctori diverſa, ſimilia tamen illis videntur.

p. 170. XV. SCHRÖTERI, *diaconi Vinar. diſſertatio de conchis regionis Vinarienſis (petrificatis). Sectio II. De conchis valvis inaequalibus.*

p. 183. XVI. SOLANDRI, *M D. diſſertatio de furia infernali morboque ab illa rēpetendo. Germanice verſa a* I. A. E. GOEZE. Legitur haec diſſertatio latine ſcripta in novis actis Upſalienſibus, vol. I. *). Notas addidit verſioni clariſſ. GOEZE, in quibus contextus hic illic illuſtratur, aliique auctores laudantur.

P. XII.

p. 1. I. I. E. I. WALCHII *ſymbola ad hiſtoriam generationis conchyliorum.* Deſcribitur iconibusque pictis ſiſtitur ovum cochleae cuiusdam Surinamenſis una cum embryone. Hac occaſione in univerſum de varia conceptione et generatione conchyliorum agitur. Additur brevis recenſio obſervationum hucusque factarum ſuper ovis foetibusque conchyliorum aliorum, indicaturque, quid hac in re adhuc ignoretur. Sunt haec oſtrea edulia, argonauta argo, turbo petholatus, butta achatina, voluta veſpertilio, voluta cymbium, buccinum harpa, buccinum undatum, buccinum glaucum, murex canaliculatus, murex tulipa, helix pomatia (in cuius ovulo auctor aliquando larvam dermeſtae, ut videtur, reperit hic icone colorata expreſſam), helix vivipara, helix ſtagnalis, helix ampulacea, ſerpulae.

p. 53. II. I. E. I. WALCH *de concha quadam rara.* Cum icon. pict.

III.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXI. p. 192.

III. I. E. I. WALCH *ſymbolae ad hiſtoriam inſe-* p. 56.
ctorum. Pars III. Cum iconn. pictis. Agitur primum de lepidopteris nonnullis Germaniae rarioribus, vel nondum aut parum accurate obſervatis. Sequuntur deſcriptio iconque cocci novi in fructibus corni maſculae ab auctore reperti una cum GOEZII epiſtola ad auctorem ſuper eodem. Ad finem de gordio monoculi, ſimulque breviter de gordiis in univerſum diſſeritur.

IV. IO. STEPH. CAPIEUX *ſymbolae ad hiſtoriam* p. 68.
naturalem inſectorum. Pars I. Agitur de nonnullis lepidopteris: cinxia quadam, papilione paniſco, hermaphridito phal. pavon. minor, phalaena noctua aeſculi, phalaenaque quadam rariſſima, phalaenae noctuae leporinae multum ſimili. Accedunt iconn. colorr.

V. CHEMNITZII, *verb. div. min., additamen-* p. 76.
tum ad ipſius diſſertationem in cochleis ſiniſtrorſum convolutis *). Cum tabb. aen. color. Deſcribuntur nonnullae huius generis cochleae. Adduntur zootomicae obſervationes ſuper cochlea vinearum operculari (hel. pom. L.) ſiniſtra a FELDMANNO inſtitutae, unde clare apparet, ſiniſtras modo cum ſiniſtris coire poſſe.

VI. OTTONIS, *doct. et adi., ſymbola ad obſer-* p. 85.
vationes de animalibus anomalice albis. Primum docetur, quibus argumentis GÜNTHERI theoria **) contra ZORNII obiectiones defendi poſſit. Tum agitur de muris gregarii varietate alba ab auctore obſervata. Docetur, mures albos non ſemper foetus albos, ſed etiam alius coloris, progignere

*) Diſſertatio haec legitur in parte octava huius diarii. Vid. Commentt noſtr. Vol. XXIII p. 645. ſq.

**) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXII. p. 701.

p. 92. VII. OTTONIS, *doct. et adi., dissertatio de varietatibus loxiae curvirostrae, adiectis nonnullis adnotationibus super ordinandis animalibus.*

p. 100. VIII. FRISCHII, *verb. div. min., dissertatio de causis discriminis inter mares feminasque ac ratione differentiae inter eorum colores. Pars III.* De discrimine inter felem catum, marem feminamque, ratione habita coloris.

p. 111. IX. KÜHNII *anecdota historiam insectorum spectantia. Pars VIII.* Primum proponuntur artificia nonnulla, quorum usus est in colligendis insectis. Ad larvas lepidopterorum siccas servandas auctor capite earum duobus digitis prehenso succos tenaces altera manu per anum caute exprimit. Quo facto in aperturam protinus, priusquam cutis collabatur, tubulum immittit siphonis exigui iniectorii, corpusque replet massa tepida, cuius color colori primario larvae congruat. De larvis educandis. De larvis vivis alios in locos transportandis. De lepidopteris siccatis in locos dissitos transportandis. De speculo duplici pro lepidopteris siccis. — Sequitur auctoris observatio de motu aranearum per aërem. Docetur simul, capillicium veneris, quod dicunt, veram esse telam aranearum.

p. 131. X. BOCK, *consiliar. consistor. Regiomont., ornithologia Borussica.* Ordo III. *Anseres*, et quidem Anser *anas*, Anser *mergus*, Anser *pelicanus*, Anser *colyrubus*, Anser *larus*, Anser *sterna.*

p. 145. XI. LESKII, *prof. Lipsi., dissertatio de nonnullis lapidibus Labradorensibuss colorem suum mutantibus et ad feldspatum pertinentibus.* Cum iconn. colorr. Characteres horum lapidum (feldspati variabilis *)) externi

*) Vid. LINN. Syst. Nat. Tom. III. pag. 180. edit. Gmelin.

terni regulis Wernerianis convenienter indicatur. Obiter etiam de nonnullis experimentis chemicis cum iis, ſed levi manu, inſtitutis. Quae ſit cauſa mutationis colorum, non audet L. certo definire. Hoc tamen arbitratur, rem a principio metallico ſubtili (forſitan martiali) phlogiſticoque lamellis lapidis interiecto repetendam eſſe. Ad finem recenſentur auctores, qui ante LESKIUM huius lapidis mentionem fecerunt.

XII. DANZII, *factor. aulic., ſymbolae ad hiſtoriam oculi mundi ſive lapidis mutabilis.* Cum icone color. p. 164.

XII. BOCK, *conſiliar. conſiſtor. Regiomont., deſcriptio balani polythalamii, adhuc incogniti.* Cum iconn. color. De ipſo animali nihil certi B. addere potuit. p. 168

XIV. MÜLLER, *conſiliar. ſtat., de animalibus in animalium viſceribus degentibus, inprimis de echinoryncho lucii.* Cum iconn. p. 178.

XV. GOEZE, *verb. div. min., ſymbolae ad oeconomiam nonnullorum inſectorum.* Cum iconn. De larvis exiguis ichneumonum in aphidibus. p. 197.

XVI. *Idem de vi reproductionis inſectorum.* Cum icone. Obſervatio hoc loco cum naturae ſtudioſis communicata ſpectat larvam perlae, in qua auctor pedem anteriorem dextrum dimidio breviorem ſiniſtro, ceterum integrum, reperit. Credit, iſtum pedem animali olim ablatum, perque vim reproductionis regeneratum fuiſſe. Obiter in univerſum de vi reproductionis inſectorum. p. 221

XVII. MEINECKE, *verb. div. min., additamentum ad deſcriptionem mineralogicam regionis Oberwiederſtedtenſis in comitatu Mansfeldenſi.* Talcum terreum Gerano admodum ſimile. Varia ſaxa. Achates. Cryſtalli ſquamoſae. Succinum. Cobaltum. Incruſtata. Aëtitae. Corallitae. Conchyliolithi. Dendritae. p. 225.

P. XIII.

p. 1. I. SANDERI, *profeſſ.*, *relatio de rhinocerote Verſalienſi.* Non reperit *S.* in hac beſtia dentes, qui numerari modoque conſueto nuncupari poſſent. Inciſores nulli aderant, nec ulla eorum veſtigia apparebant. Ad latera ibi, ubi vulgo canini ſunt, praelongum os cernebatur, non diviſum plures in dentes, tantaque amplitudine, ut pro dente vix poſſet haberi. Pone illud in ambabus maxillis ſimile os anguloſum reperiebatur, nec hoc plures in dentes diviſum. Adeoque credit auctor, rhinocerotem belluis non poſſe adnumerari. Lingua glaberrima eſt. Agitur praeterea de labiis, naribus, cornu, (non conſtat e pilis ſibi invicem intertextis), oculis, auribus, pilis, pedibus, cauda, pene, plicis, menſura, ſomno, voce.

p. 11. II. WALCHII *collectanea ad ornithologiam exoticam. Pars II.* De hiſtoria naturali piprae rupicolae. Deſcriptio iconque color. pici Ceylanenſis, feminae, ut BODDAERTUS ſuſpicatur, pici Bengalenſis LINN.

p. 16. III. MASCH, *conſiliar. conſiſtor. Neoſtreliz.*, *relatio de alauda arvenſi penitus alba et cornice maxima ex parte alba.*

p. 19. IV. *Doct.* LINDENBERG *deſcriptio duarum fulgorarum rararum.* Cum iconn. colorr. Phoſphoreſcentiam horum inſectorum L. a circuitu materiae ſubtilis fluidae phoſphoricae repetit, quae poſt animalis mortem aut penitus exſiccatur, aut avolat, aut, quod probabilius eſt, tunc evaneſcit, quoniam omnis deſinit ſuccorum circulatio. Fulgorarum hic deſcriptarum nullibi auctor mentionem fieri vidit. Sunt ambae Surinamenſes. Laternae dentibus horrent.

p. 24. V. I. E. I. WALCHII *ſymbolae ad hiſtoriam inſectorum. Pars III.* Cum iconn. pict. De aliquot phalaenis Auſtriacis. Phalaena *modeſta.* Phalaena geome-

geometra ſeticornis, antrorſum alis ſuperioribus dilute cinereis, macula fuſca nigre punctata, inferioribus cinereis uniculoribus. — Phalaena *viridana*. Phalaena noctua, antrorſum alis ſuperioribus e fuſco ſubvireſcens, annulis, maculis et lineis flexis albis, margine albo punctis nigris maculato, alis inferioribus, ex albo ſubcaeruleis retrorſum alis omnibus caeruleſcentibus. — Phalaena *nebuloſa*. Phalaena noctua, antrorſum alis ſuperioribus fuſcis nebuloſa maculatis, inferioribus dilute cinereofuſcis, retrorſum alis unicoloribus dilute fuſcis leviſſime virideſcentibus, nigro puncto in medio fere notatis. — Phalaena *veſtalis*. Phalaena geometra, antrorſum alis ſuperioribus albis margine lato cinereo, lineis ſerratis nigris et fuſcis ornato, inferioribus itidem albis et ad marginem maculis nebuloſis, retrorſum alis omnibus unicoloribus dilute cinereis, faſcia obſcuriore et in medio nigro puncto notatis. — Phalaena *tigris*. Phalaena geometra antrorſum alae ſuperiores albae maculis et punctis nigris, inferiores albae punctis tantum nigris ſubtiliſſimis adſperſae, retrorſum alae omnes dilute flavae punctis nigris rarioribus.

VI. I. H. CHEMNITZ, *non dari in rerum natura monſtrum illud marinum, quod vulgo Kraken audit, ac maria ſeptentrionalia incolere dicitur* *). p. 33.

VII. SPENGLERI *relatio de incola clavae Hercu-lis atque corpore, in quo haec ſerpula nidulatur.* Cum iconn. colorr. p. 53.

VIII. MEUSCHENII, *conſiliar. legat. Hagae Comit., epiſtolae conchyliologicae ad* WALCHIUM, *conſiliar. aulic. Epiſtola prima.* Cum iconn. colorr. Patella exigua, reticulata, pinnata (neritoidea LINN?) Nerita violacea reticulata. p. 78.

*) Cf. Comm. noſtr. Vol. XXXIV. p. 335.

p. 86. IX. I. E. I. WALCHII *descriptio conchyliorum aliquot rarorum partimque recens detectorum. Pars V.* Cum icone color. Agitur de patella nova nondumque descripta ex India orientali. Audit nostro P. scutum dacicum. Hac occasione nonnulla adduntur de patellis, de quibus *W.* iam in decima parte huius diarii egit *).

p. 91. X. HACQUETI, *profess. relatio de petrefacto singulari.* Cum icone color. Repertum est hoc petrefactum in regione Vicentina. Isis hippuris L. HACQUETO videtur.

p. 94. XI. I. E. I. WALCHII *adnotationes super eodem petrefacto* HACQUETI. Non audet *W.* decernere, quorsum in systemate hoc petrefactum referendum sit.

p. 100. XII. I. E. I. WALCHII *observationes lithologicae. Pars VIII.* De iaspide Potsdamensi trochitis entrochitisque scatente, ubi simul de entrochitis Gothlandicis. Credit *W.*, hunc lapidem e Suecia in regionem Potsdamensem inundationibus vehementibus olim delatum fuisse. De achate entrochitas tenente ad Potsdamum. — Nonnulla de belemnitis (cum icon. colorr.). Spectant belemnitas monosulcos.

p. 113. XIII. IO. SAM. SCHRÖTERI, *diac. Vinar., dissertatio de mineris ferri praecipuis, quae in Stahlberg et Mommel prope Schmalkalden reperiuntur.* Praeter alias ferri mineras commemoratur describiturque haematites dendritis ornatus. Nolit tamen hinc *S.* cum multis concludere, dendritas a ferro esse repetendos. Qua oriantur ratione, occultum prorsus ei videtur. Suspicatur, haematitas producta esse vulcanica.

p. 132. XIV. IO. FR. GMELINI, *profess., symbola ad historiam naturalem ducatus Würtenbergensis, e classe terra-*

*) Vid. Comment. nostr. Vol. XXIII. p. 651.

terrarum et lapidum. Terrae calcareae ſpecies. Gypſi ſpecies. Species margae. Species argillae. Species terrae ſiliceae. Fluores minerales. Species micae. Magneſia nigra. Lapis ſerpentinus. Spatum ponderoſum. Lapis arenaceus. Arena. Granites. Petroſilex mollis cum mica. Breccia ſilicea. Turfa. Lutum. Humus atra. Arena e cochleis conſtans.

XV. MEINECKE, *verb. div. min., continuatio ſymbolarum ad hiſtoriam naturalem lapidum memorabilium regionis Oberwiederſtedtenſis.* Lapis hepaticus. Foetorem huius lapidis a phlogiſto oriundum eſſe, inde M. repetit, quod lapis percandefactus, ubi fricatur, non amplius olet. — Lapis calcareus cum cryſtallis ſpatoſis. — Iaſpis. De tranſitu argillae in iaſpidem. — Quarzum ſtructura ſua ad zeolithos accedens, adeoque auctori zeolithicum dictum. — Granati. — Petrefacta. — Ferrum regulinum in ochram mutatum. p. 160.

XVI. MEINECKE, *correct. Quedlinb., obſervationes entomologicae. Pars VI.* Nonnulla de Phalaena Tau, quibus corriguntur ac ſupplentur, quae auctor de hoc inſecto in parte ſexta huius diarii retulit *). — De larva ſphingis atropi. — Qua ratione impediri poſſit, ne lepidoptera ſiccata oleo in ipſorum corpore contento corrumpantur, quoque modo acus, quibus inſecta perfixa ſunt, cum novis poſſint ſine ullo animalculi damno permutari. Corpus lepidopteri oleoſi ſubtus creta pulverata humida oblinitur, totumque poſt inſectum cretae ſiccae adaptatur, in qua fovea iuſtae amplitudinis excavata eſt. Sic omne oleum, quod in lepidopteri corpore latet, a creta abſorbetur. Ad inſecta acubus melioribus inſtruenda in magnis phalaenis ſphingibusque, inprimis in p. 174.

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXIII. p. 52.

coleopteris, caput acus forcipe prehendatur, parsque pectoris inferior duobus teneatur digitis inque gyrum vertatur. Sin in lepidopteris minoribus aut aliis insectis acus mutanda sit, gutta spiritus vini supra infraque ei loco, ubi acus corpus penetrat, adfundatur, idque toties, donec spiritus in corpus sese insinuando partes acui adhaerentes penetraverit, quo facto acus facile poterit removeri.

p. 179. XVII. SANDERI, *professor. Carolsruh., symbolae ad historiam avium. Symbola altera* De alcae specie quadam ad Rhenum reperta, ad alcam picam L. proxime accedente. — De alcedine cristata L. in Germania reperta. — De nonnullis fringillis. — De aliquot avibus ad Rhenum in ditione Badensi captis: mergo quodam, fulica chloropode, colymbo quodam, tringa quadam. — De anate cygnoide L. — De ardea quadam; tum ad maiorem, tum ad cineream L. accedente, ad Rhenum capta. — De emberiza quadam, cum olivacea L. congruente, sed in marggraviatu Badensi capta. De alia emberiza, frustra in systemate Linnaeano ab auctore quaesita, inque eadem terra reperta.

p. 201. XVIII. BOCK, *consiliar. consistor. Regiomont., ornithologia Borussica.* Ordo IV. *Grallae.* Gralla *platalea.* Gr. *ardea.* Gr. *tantalus.* Gr. *scolopax.* Gr. *tringa.* Gr. *charadrius.* Gr. *fulica.* Gr. *haematopus* Gr. *rallus.* Gr. *otis.*

p. 224. XIX. *D.* KÜHN *anecdota ad historiam insectorum spectantia. Pars IX.* De nonnullis lepidopteris; carabis crepitantibus strepituque, quem edunt; ovis ac foecunditate lepidopterorum etc.; lumbrico terrestri et ascaride. Ad finem de ovis gallinaceis duplicibus exclusis.

P. XIV.

Praemissa est huic parti praefatio SCHREBERI, professoris Erlangensis, qui post WALCHII mortem edi-

editionem huius diarii ſuſcepit. Monetur, huius operis periodici in univerſum eandem, quae antea fuerit, oeconomiam in poſterum futuram eſſe, ſic tamen, ut lectores varietate argumenti magis delectentur, iisque etiam hiſtoriae naturalis partibus, quae hoc in diario hucusque parum aut omnino non tractatae ſint, opera navetur. Praeterea ſpondet SCHR., nullas amplius verſiones hoc in opere prodituras eſſe, niſi forte additamenta auctoris diſſertationi adiungi poſſint, aut ipſa diſſertatio nondum prodierit.

I. I. C. F. MEYERI, *pharmacop. aul. Stettin.*, *experimenta cum baſalta Stolpenſi capta.* In centum baſaltae partibus M. reperit terrae ſiliceae 50 partes, magneſiae $2\frac{1}{12}$, terrae aluminoſae $14\frac{7}{12}$, terra calcareae $8\frac{4}{12}$, terrae martialis 25. p. 1.

II. I. E. I. WALCHII, *conſiliar. aul.*, *obſervationes lithologicae. Pars IX.* Cum iconn. De nonnullis foſſilibus Langenheimenſibus in epiſcopatu Bambergenſi prope Coburgum (petrefacta). De orthoceratita raro (ubi etiam de hiſtoria literaria horum petrefactorum). Symbola ad hiſtoriam gryphitarum. De petrefacto rariſſimo e lapicidina marmoris Namurenſi (terebratulita, ut *W.* ſuſpicatur). De nautilitis cordatis (monet SCHREBERUS in praefatione, hoc petrefactum iam ab ill. SCHMIDELIO deſcriptum fuiſſe). p. 9.

III. SANDER, *profeſſ. Carolsruh.*, *de aurilegio ad flumen Rhenum.* Credit *S.*, aurum, quod in Rheno reperitur, montibus Helvetiae per undas ablatum eſſe. Vulgaris incolarum regionum opinio fert, hoc aurum in ipſo ſolo, quod Rhenus peragrat, reperiri. — In praefatione SCHREBERUS hac ſuper re lectores ad FRANC. LUDOV. TREITLINGERI *diſſert. inaug. de aurilegio, praecipue in Rheno, Argentor.* 1776. ablegat. p. 37.

IV. SAN-

p. 41. IV. SANDERI, *profeſſ. Carolsruh., ſymbolae ad hiſtoriam naturalem mammalium.* Deſcriptio daſypodis novemcincti, quem SANDERUS Lutetiae vidit. – Symbola ad hiſtoriam naturalem equi. (Addit nonnulla in praefatione SCHREBERUS.)

p. 48. V. SANDERI, *profeſſ. Carolsruh., obſervationes de pondere ovorum nonnullarum avium.*

p. 50. VI. *D* KÜHNII *anecdota ad inſectorum hiſtoriam. Pars IX.* Cum iconn. colorr. Papilio quercus L. Larva phalaenae fraxini. Larva papilionis Galatheae. Larva phalaenae proceſſioneae. Larva phalaenae furculae.

p. 66. VII. VON SHHEVEN, *verb. div. min. Neuwarp., ſymbolae ad hiſtoriam naturalem inſectorum. Pars III.* Cum iconn. colorr. Deſcriptio larvae phalaenae verſicoloris.

p. 77. VIII. CAPIEUX *ſymbolae ad hiſtoriam naturalem inſectorum. Pars II.* Cum iconn. colorr. Papilio ad Lathoniam accedens cum ſuis metamorphoſibus. Larva ac pupa papilionis Galatheae. Pupa papilionis Iridis. Larva atque pupa phalaena paranymphae. Phalaena leucomelas. Phalaena alni. Phalaena ilicifolia.

p. 93. XI GÖZE, *verb. div. min., de partibus nonnullorum inſectorum recens detectis.* Cum iconn. De acaris coleopterorum et gymnopterorum, eorum antennis, organis manducationi inſervientibus etc. De acaris acarorum. De pediculo urogalli etc. De acaro ricino, qui etiam in avibus habitat.

p. 103. X. *Idem de oeconomia larvae ſubcutaneae ſingularis in foliis glabris populi* eiusque pupa ac phalaena (tinea). Cum iconn.

p. 113. XI. *Eiusdem hiſtoria naturalis vermis articularis* MÜLLERI *). Cum iconn. partim colorr. Detexit

*) MÜLLER *von Würmern des ſüſſen und ſalzigen Waſſers, p.* 21. 22.

xit G., hunc vermem esse larvam tipulae cuiusdam. Hoc insectum per omnes metamorphoseos gradus accurate describitur. Obiter etiam de naidibus serpentinis ac proboscideis; de polyporum cibo.

XII. CHEMNITZII, *verh. div. min. Hafnienſ.*, p. 126. *additamentum ad dissertationem de cochleis sinistrorsum convolutis.* Argonautas, nautilos etc. nec cochleis dextrorsum nec sinistrorsum convolutis posse adnumerari, sed quasi medium inter illas locum tenere.

XIII. O. F. MÜLLER *de taeniis* *). Cum adno p. 129. tatt. GOEZII. De capite vermium in universum, teniaeque speciatim, adversus LINNAEUM. De evolutione novorum articulorum in vermibus, inprimisque taenia. (GOEZIO taenia vulgaris cum grisea, canina cum solio eadem videtur. Repudiat BLUMENBACHII hypothesin de taenia canina.) De *taenia lucii.* (Vidit M., lucium, qui iam exenteratus esset, percam fluviatilem pariter exenteratam devorare.) Obiter de fasciola lucii. (In notis adiunctis GOEZ. de hirudine adhuc incognita in ranis, ac fasciola subrubicunda simplici poro in anatibus. — Taeniam lucii GOEZ. etiam in percis reperit; quapropter malit eam cum BLOCHIO taeniam tricuspidatam nuncupare. Omnino suadet, ut taeniarum nomina specifica non ab animalibus, in quibus repertae sunt, sed ab organis capitis repetantur.) De ascaride lucii: audit MÜLLERO ascaris seta stricta nigrescens. (Secundum GOEZIUM eadem est cum ascaride acu BLOCHII. Saepe eam G. in ranis nonnullisque accipitribus reperit.) De echinoryncho lucii **). Eundem echino-

*) Haec dissertatio anno 1777 danice conscripta annoque 1778 exeunte coram societate regia scientiarum Hafnienſi praelecta fuit.

**) Vide supra contenta partis huius diarii XII.

echinorynchum G. in pluribus piſcibus ranisque adeo detexit.) De taenia in hepate lucii, quae num cum taenia in inteſtinis conveniat, M. non audet decernere. (In nota GOEZ. de aliis huiusmodi taeniis in animalibus extra inteſtina reperiundis. In hepate lucii eandem, quam in inteſtinis, G. taeniam reperit.) — De *taenia ſcorpii.* (An vermes inteſtinales vere ſolitarii dentur, vehementer dubitat M.; dari, negat G.) — De *taenia pleuronectae maximi.* Obiter de echinoryncho in eodem piſce. — De *taenia cyprini bramae.* — De *taenia anguillae.* — De *taenia in anatibus.* — De *taenia corvi caryocatactae.* — De *taenia equi.* An cum taenia lata in corpore humano eadem ſit, quae fuit PALLASII ſententia, multum M. dubitat. — His praemiſſis in univerſum de taeniae hiſtoria naturali diligenter agitur, multique errores auctorum deteguntur, v. g. de capite, ſerie articulorum tanquam totidem animalculorum etc.

p. 204. XIV. GÖTZ, *candid., hiſtoria naturalis phaſiani picti* LINN.

p. 211. XV. *D.* LINDENBERGII *deſcriptio uberior curculionis Braſilienſis* *). Cum iconn colorr.

P. XV.

p. 1. I. O. F. MÜLLER *hiſtoria planorbis bullae.* Cum iconn. colorr. Simul in univerſum de planorbis.

p. 21. II. MASCH, *conſil. conſiſtor. Neoſtreliz., diſſertatio de hybridis ab animalibus ſylvaticis domeſticisque natis.* Foetus hybridi canis lupaeque, iique foecundi. Foetus hybridi apri ſuisque domeſticae. Contendit M. lupum canemque ad eandem ſpeciem referendos eſſe. (De

*) In decima parte huius diarii hoc inſectum indicatum fuit, addita ſimul eius icone. Vid. Comment. noſtr. Vid. XXIII. p. 652.

(De hac re foetuque hybrido canis ac lupi SCHREBERUS in nota adiecta ſententiam ſuam expoſuit.)

III. GOEZE, *verb. div min., nova inventa entomologica.* Cum iconn. Phalaena mire parva larvae Degeerianae ſubcutaneae pedibus duodeviginti membranoſis. Obiter de foliis roſae in facie ſuperiore candidis, quaſi argenteis, ob larvas cicadae roſae ſuccum foliorum conſumentes. — Sphex in ovis phalaenae caſtrenſis. p. 37.

IV. CAPIEUX *ſymbolae ad hiſtoriam naturalem inſectorum. Pars III.* Cum iconn. colorr. Larva ſpinoſa in ſcabioſa ſucciſa eiusque in inſectum perfectum metamorphoſis. Deſcriptio larvae ac pupae metamorphoſisque phalaenae ilicifoliae. Deſcriptio maris phalaenae ſordidatae. p. 52.

V. VON SCHEVEN, *verb. div. min., ſymbolae ad hiſtoriam naturalem inſectorum. Pars IV.* Deſcriptio larvae ſpecierum veſparum cribrariarum. Pro variis ſpeciebus, non varietatibus ab auctore habentur. Audiunt noſtro Sphex cribraria, Sphex clypeata, Sphex ſcutellata, aliaeque, quas auctor definire ac denominare nondum potuit. Editoris nonnullae additae ſunt adnotationes. p. 67.

VI. SCHREBERI *deſcriptiones inſectorum memorabilium. Pars I.* Cum iconn. colorr. Symbola ad hiſtoriam generis blattae. Deſcribuntur iconibusque pictis ſiſtuntur blatta marginata, ac blatta maculata. — Deſcriptio nova iconesque ſphecis clypeatae. p. 87.

VII. *D.* KÜHN *anecdota ad hiſtoriam inſectorum Pars X.* Continuatio hiſtoriae congeriei larvarum, quae germanice *Heerwurm* dicitur *). Non potuit K. has larvas ad inſectum perfectum perducere. Suſpicatur tamen, hymenoptera ex iis oriri. p. 96.

VIII. *D.*

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXII. p. 702.

p. 111. VIII. *D.* IO. MAYER, *conſiliar. aulic. reg. Polon. Prag., deſcriptiones inſectorum.* Cum iconn. colorr. Deſcriptio phalaenae frumentatae et acari plantarum.

p. 115. IX. HERMANN, *profeſſ. Argentor. epiſtola ad editorem ſuper nonnullis petrefactis.* Cum iconn. colorr. Cardium tortuoſum. Venus (aut Donaxo) nodoſa; tuberculata; ſulcata; dubia.

p. 135. X. HERMANN, *profeſſ., de iſide dichotoma* LINN. *ſp.* 2. PALL. *elench. zooph. ſp.* 143. Cum icone. E mari Sardo.

p. 139. XI. *Diſſertatio lemuris cattae. Auctore* HERMANNO, *profeſſ. Argentor.* Accuratiſſime deſcribitur animal, variaque in aliorum auctorum deſcriptionibus iconibusque corriguntur.

p. 152. XII. *Obſervationes zoologicae ex epiſtolis* C. I. F. DIESKAU *editorum huius diarii.* Apri cicuratio. Vulpis cicuratio. Credit D., per vulpem tranſitum a cane ad felem fieri.

p. 257. XIII. GÖTZ, *candid., adnotationes ad* SANDERI, *profeſſ., ſymbolam alteram ad hiſtoriam avium in parte decima tertia huius diarii pag.* 179. *ſq.* Aliud exemplum eiusdem alcedinis in Germania repertae. De fringilla ſerino. Mergus caſtor. Fulica chloropus. Anas cygnoides. Ardea nycticorax.

p. 163. XIV. SANDERI, *profeſſ. Carolsruh., ſymbolae ad hiſtoriam naturalem piſcium Rheni. Pars I.* Primum de magnis difficultatibus in piſcibus definiendis et ordinandis. — Acipenſer ſturio. Salmo ſalar. Eſox lucius. Ciprinus carpio. Muraena anguilla. Gadus lota *). Perca fluviatilis. Perca cernua. Cyprinus tinea. Cyprinus barbus. Cyprinus rutilus. Cyprinus brama.

*) Peculiarem de hoc piſce diſſertationem auctor ſcripſit, recuſam in *Berlin. Neueſten Mannigfaltigk. Th. II. p.* 223. *ff.*

brama. Cyprinus naſus. Cyprinus gobio. Alii piſces noſtro incogniti, ac nondum definiti, nominibus germanicis inſigniti. — Accurate de foetu ſalmonis ſalar (*Sälmlinge*). — De hiſtoria naturali cyprini tincae; cyprini naſi; aliarum huius generis ſpecierum, de quarum definitione *S.* dubitat.

XV. IO. GOTTLIEB GEORGI, *adiuncti academ. imperial. ſcientiar. Petropol. etc. diſſertatio de inquinamentis ſalis culinaris, inprimis in regno Ruſſico, mediisque eius repurgandi.* Praemio ornata eſt haec diſſertatio a ſocietate oeconomica Petropolitana, hicque nonnihil contracta primum prodiit. p. 184.

XVI. SCHREBERI *experimenta cum lacte lunae Hallenſi.* Cum iconn. Primum characteres externi huius terrae (terrae aluminaris nativae ſecundum WERNERUM in verſione germanica mineralogiae Cronſtedtianae) deſcribuntur. Sequuntur experimenta chemica a FRISCHMANNO, pharmacopoeo, Erlangenſi, via tum humida tum ſicca inſtituta. Docent haec, in lacte lunae Hallenſi magnam copiam terrae aluminaris purae, quae maximam partem ponderis ipſius efficit, aquam, aërem fixum, pauxillum terrae calcareae, terrae ſiliceae forſitan adhuc minus, paullulumque terrae martialis principiique inflammabilis contineri, ſic tamen ut ſola terra aluminaris pura cum aëre fixo et aqua verae eius partes conſtitutivae, cetera omnia inquinamenta potius quam principia videantur. Ortum huius foſſilis a pyritarum martialium fatiſcentia *S.* repetit. p. 209.

XVII. *Eiusdem obſervationes ſuper organis fructificationis Targioniae.* Cum iconn. p. 236

Additamentum ad has obſervationes. p. 253.

P. XVI.

I. *D.* CASIM. CHRISTOPH. SCHMIDEL, *princip. Brandenb. Onolt. et Culmbac. conſiliar. aulic. intim. ac prim.* p. 1.

prim. archiat. etc., deſcriptio aſteriae ornamentis roſis ſimilibus. Cum icone.

p. 8. II. *D.* IO. HERMANN, *prof. medic. ac philoſ. Argentor., epiſtola ad editorem de novo genere piſcium americano, quod ſternoptyx audit.* Cum iconn.

Ordo piſcium apodum.

STERNOPTYX. *Caput* obtuſum. *Os* ſimum.
Dentes minutiſſimi.
Membr. branchioſt. nulla.
Corpus compreſſum, alepidotum; *ſterno* carinato, bifariam plicato; *abdomine* pellucido.

diaphana. I. STERNOPTYX.
Habitat in America, ſine dubio Iamaica.

Deſcript. Corpus biunciale, compreſſum, antice truncatum, poſtice anguſtatum, alepidotum, argenteum, dorſo vireſcente-fuſco, pone pinnam dorſalem gibbo. Apertura branchiarum obliqua, ſubrecta, operculis mollibus aut potius nullis, membrana branchioſtega nulla. Carina dorſalis duplex divergens verſus nares parvas. Oculi magni. Os ſimum, perpendiculariter fiſſum. Dentes minutiſſimi. Lingua craſſa, adnata, aſpera. Labium ſuperius breve, inferius perpendiculare; medio ſinubus quatuor ſemicircularibus depreſſis, carina diſtinctis. Tres ſinus ſimiles ſub apertura branchiarum. Sterni plana duo decemplicata in carinam pellucidam conniventia. Abdominis ſinus angulatus poſtice trifariam exciſus, membrana pellucida connexus ſpinae abdominali, articulatae, pellucidae, cui inſidet pinna analis. Linea lateralis nulla. Pinnae ventrales ſuccineae, cum cornea oculorum caudaque bifida. Pinna dorſi adnata radio obliquo, ſpinoſo, valido, immobili; cui praetenſa membrana margine tenuiſſime denticulato.

B. o.

B. o. D. $\frac{1}{3}$. P. 8. V. o. A. 13. C. 40.

III. GE. FR. GÖTZ *de avibus anomalice albis.* Dubitationes contra GÜNTHERI theoriam de avibus anomalice albis *). Variorum auctorum hac de re ſententiae. Noſtri obſervationes huc ſpectantes. Catalogus avium albarum noſtro viſarum: ſturnus vulgaris, corvus corax, hirundo, columba riſoria, alauda arvenſis, parus caeruleus, fringilla domeſtica, motacilla flava, corvus pica. P. 37.

IV. *D.* IO. HERMANN, *profeſſ. Argentor., epiſtola prima ad editorem ſuper aliquot conchyliis.* Cum iconn. colorr. De diſcrimine inter ſpondylum inſulae Maltae atque americanum. Sic ab auctore diſtinguuntur. Spondylus *mediterraneus* valva inferiore pone cardinem abraſa integra; Spondylus *americanus* valva inferiore pone cardinem abraſa ſulco cartilaginifero exarata. — Turbo novus, ex auctoris ſententia in ſyſtemate Linnaeano poſt turbinem petholatum collocandus: Turbo *canaliculatus* teſta imperforata, ovata, ſulcata; anfractibus, canaliculo diſtinctis. — Buccinum pariter, ut noſtro videtur, novum, ante buccinum undoſum collocandum: Buccinum *ſolutum* teſta ovata, varicibus ventris longitudinalibus inaequaliter diſtantibus, labro canaliculo ſubſoluto. — Aliud buccinum a LINNAEO ex ADOLPHI MURRAYI ſententia non deſcriptum, poſt buccinum glabratum locandum: Buccinum *ſtromboides* teſta glabra, anfractibus diſtinctis, ventre retro labrum ſuperne ſolutum porcato, ad baſin oblique ſtriato. — Murex deſpectus ſiniſtrorſum convolutus. — Nova nerita, ante aut poſt neritam canrenam ponenda: Nerita *cancellata* teſta umbilicata, decuſſatim ſtriata, P. 50.

*) Vid. Part. I. huius diarii. Cf. Comment. noſtr. Vol. XXII. pag. 701.

impreſſo-punctata, ſpira ſubelevata, umbilico gibbo. — In tabula aenea ſiſtuntur turbo canaliculatus, buccinum ſolutum, buccinum ſtromboides, murex deſpectus L. ſiniſtrorſum convolutus, nerita denique cancellata.

p. 57. V. *D.* FRID. SAM. BOCK, *reg. Boruſſ. conſiliar. conſiſtor. et profeſſ. theol. Regiomont., deſcriptio duorum lignorum ſuccino permiſtorum, una cum nonnullis animadverſionibus ſuper ortu ſuccini in Boruſſia.* Cum iconn. colorr. Contendit auctor, ſuccinum, certe Boruſſicum, eſſe reſinam vegetabilem, hodie non amplius oriundum, ſed olim in ſylvis reſinoſis natum. Variis hanc ſententiam argumentis corroborare, contrariamque hypotheſin evertere ſtudet.

p. 71. VI. M. IO. GODOFR. KÖHLERI, *inſpector. muſei elector. Dresd. mathem., continuatio obſervationum microſcopicarum de nonnullis in aqua degentibus.* Cum iconn. Trichoda Lepus MÜLL.

p. 73. VII. *D.* AUG. CHRISTIAN. KÜHNII, *medic. pract. Iſenac., anecdota ad hiſtoriam inſectorum ſpectantia. Pars XI.* Cum iconn. colorr. Sphinx Atropos LINN. Phalaena Linariae. Larva e numero tortricum, inſtructa tantummodo pedibus anterioribus quatuor acutis

p. 82. VIII. HENR. SANDERI, *profeſſ. Carolsruh., continuatio ſymbolarum ad hiſtoriam naturalem mammalium.* Sues nondum annum natos iam eſſe generationi idoneos. De aſino rabido facto, cum a cane rabido admorſus fuiſſet.

p. 89. IX. *D.* A. C. KÜHNII *obſervationes ſuper verme, qui a rabie canum vulgo dicitur* (*Tollwurm*). Docetur, huius vermis, qui dicitur, reſectione rabiem neutiquam poſſe evitari. Varia admiſcentur hiſtoriam rabiei caninae huiusque vermis medicam ſpectantia. Ad finem accedunt variae propoſitiones e politia medica canes ſpectantes.

X. G.

X. G. F. GÖTZ *hiſtoria naturalis phaſiani nycthemeri* LINN. *atque phaſiani albi* (varietatis phaſiani colchici). p. 122.

XI. C. G. RIMROD, *verb. div. min. Quenſtedt.*, *in comitatu Mansfeld.*, *adnotationes de larva phalaenae disparis* LINN. (plantis admodum noxia). Agitur diligenter de hiſtoria naturalis huius larvae inſectique perfecti, de damno eius inſigni, deque modis ab eo cavendi. p. 130.

XII. H. SANDERI, *profeſſ. Carolsruh.*, *relatio de helicibus pomat.* L. *capite truncatis.* Caput praeciſum auctor renaſci vidit. Obiter de cautelis in huiusmodi experimentis neceſſariis. p. 151.

XIII. IO. SAM. SCHRÖTER, *diac. Vinar.*, *relatio de marmore teſtaceo recens in ducatu Carinthiae detecto maculis verſicoloribus.* Maculae hae ſunt fragmenta teſtaceorum. Tinctum verſicolorem a particulis metallicis, quemadmodum in feldſpato variabili, SCHR. cenſet repetendum. p. 160.

XIV. I. W. C. *ſymbola ad hiſtoriam hominum maculoſorum.* Agitur de homine auctori in terra Bambergenſi viſo, cuius cutis alba maculis in facie flavide fuſcis, in corpore obſcure fuſcis variegata eſt; deinde de puella, in qua ſimiles maculae ortae ſunt, ſed mox evanuerunt, ut petechiis chronicis adnumerandae videantur. p. 169.

XV. *D.* FRANC. DE PAULA SCHRANK, *conſiliar. eccleſiaſt. elector. palat. bavar.*, *obſervationes botanicae.* Dactylis glometra. Bromus arvenſis. Avena pratenſis. Gentiana verna, cum qua G. bavarica eadem auctori ſpecies videtur. Plantis alpinis nolit noſter eam adnumerare *). E floribus eius pigmentum p. 174.

*) Omnino credit auctor, numerum plantarum alpinarum, quae dicuntur, minorem eſſe, quam vulgo per-

caeruleum elegans elici poteſt. Hieracium umbellatum. Artemiſia dracunculus. Doronicum bellidioſtrum.

p. 203. XVI. O. F. MÜLLERI *deſcriptio phalaenae noctuae heteroclitae capite erucae.* Cum iconn. Exſtat in *Mém. de Mathemat. et de Phyſ. etc. Tom. VI. Paris*, 1774. *pag.* 508. gallice ſcripta. Germanice vertit notasque adiecit I. A. E. GOEZE, verb. div. min. Quedlinburg.

P.XVII. I. IO. HIERON. CHEMNITZ, *verb. div. min.*
p. 1. *Hafn. membr. acad. imper. nat. curioſ. etc., relatio de propagatione cochleae vinearum ſiniſtrorſum convolutae.* De coitu huiusmodi cochlearum iam olim CH. experimenta inſtituerat *), ſed coitus tum infecundus fuit. Repetiit haec experimenta, idque meliori cum ſucceſſu. Mirabundus vidit, prolem conſtare e cochleis dextrorſum convolutis cum ſiniſtrorſum convolutas exſpectaſſet; ut cochleae ſiniſtrae dextras perinde, ac dextrae ſiniſtras, generare poſſint. Idemque credit auctor de aliis cochleis ſiniſtris poſſe dici, itaque multae cochleae ſiniſtrae non pro ſpeciebus peculiaribus, ſed tantummodo pro varietatibus habendae ſunt.

p. 12. II. *Symbolae ad ornithologiam exoticam. Pars III.* E manuſcriptis a WALCHIO relictis edidit SCHREBERUS. Praemittuntur aliquot editoris adnotationes ad partes duas priores harum ſymbolarum. — Deſcribuntur Trogon faſciatus (Trogon ceylonenſis BRISS.), ubi obiter SCHREBERUS de editione germanica Zoologiae Indicae a FORSTERO curata, MURRII de hoc opere relationem parti primae huius diarii inſertam ſupplens, diſſerit; Todus criſtatus (cum icone colorata).

III. L.

perhibetur. V. g. ſoldanellam alpinam in regionibus minime alpinis reperit.

*) Retulit de iis in octava huius diarii parte.

III. L. SPENGLERI *descriptio duarum specierum novarum conchyliorum australium.* Cum iconn. colorr. E mari pacifico. Murici auctor ea adnumerat. p. 24.

IV. G. F. GÖTZ, *historia naturalis columbae coronatae* LINN. Vivam eam auctori observare licuit. p. 32.

V. *Eiusd. symbola ad historiam naturalem certhiae murariae* LINN. p. 40.

VI. IO. CHRISTOPH. MEINEKE, *verb. div. min. Oberwiederstedt., descriptio nonnullorum lapidum ac mineralium notatu dignorum, tanquam additamentum ad descriptionem lithologicam regionis Oberwiederstedtensis in comitatu Mansfeldensi partibus III. et XI — XIII. huius diarii insertam.* Primum in universum de magno discrimine saxorum istius regionis. Tum agitur de lapide hepatico, schistis bituminosis, lithanthrace, molybdaena, pyritis, cupro vitreo crystallisato, cobalto crystallisato, minera cupri botryoide etc., duobus exemplis novae lapidum generationis (acu quam partes calcareae progressu temporis circumdederant, lignoque in lapidem ferrarium transmutato), petrefactis variis, aëtitis. p. 45.

VII. *D.* FRID. SAM. BOCK, *reg. Boruss. consiliar. consistor. ac profess. Regiomont., ornithologia Borussica.* Ordo V. Pavo. Meleagris. Phasianus. Numida. Tetrao. — Ordo VI. Passeres. Columba. Alauda. Sturnus. Turdus. Ampelis. Loxia. Emberiza. Fringilla. Muscicapa. Motacilla. Parus. Hirundo. Caprimulgus.. p. 66.

VIII. IO. SAM. SCHRÖTERI, *diacon. Vinar., novae observationes de ammonitis parvis.* p. 117.

IX. *D.* IO. HERMANNI, *profess. Argentor., epistola altera ad editorem de nonnullis conchyliis.* Cum iconn. colorr. Ostrea vulsella (mya vulsella LINN.). Mytilus impactus. p.

X. OTTO FRID. MÜLLER *de pisis aquaticis.* Cum iconn. colorr. Est planta aquatica. Audit clarissimo p. 153.

MÜLLERO Conferva *piſum* filamentis ſimplicibus aequalibus breviſſimis globum conſtituentibus.

p. 165. XI. *D.* IO. MAYER, *reg. Polon. conſiliar. aulic. etc., obſervationes ſuper partibus fructificationis ulvae cuiusdam.* Ulva petiolata globuloſa, petiolis reptantibus vireſcentibus. Ad ulvam granulatam LINN. proxime accedens; forſitan eius varietas. Simul agitur de irritabilitate huiusmodi plantarum lucisque in eas influxu.

p. 171. XII. *D.* IO. HERMANN, *profeſſ. Argentor., obſervationes helminthologicae. Pars I.* Cum iconn. Duae ſpecies echinorynchi. Novum genus vermium; Mazocraes, cuius ſpeciem H. in clupea aloſa reperit.

p. 183. XIII. I. A. E. GOEZE, *verb. div. min. Quedlinb., ſymbola ad hiſtoriam metamorphoſis blattarum.* Cum iconn. colorr.

p. 190. XIV. EUGEN. IO. CHRISTOPH. ESPER. *profeſſ. Erlang., obſervationes de phalaena linariae.*

p. 195. XV. G. F. GÖTZ *ſymbolae ad hiſtoriam naturalem inſectorum.* Cum iconn. colorr. Sphinx atropos. Sphinx tiliae. Erucae teſtaceis affines (*Sackträger*). Methodi facilis lepidoptera ac coleoptera (vaporibus aquae ebullientis ori inſecti admotis) protinus necandi, una cum delineatione inſtrumenti huic conſilio apti. Gryllus campeſtris. Ephemera.

p. 206. XVI. I. R. FORSTER *de novo inſecto.* Cum ic. color. Cancer *caſſideus.* C. capite clypeato emarginato; thorace laevi, integerrimo; brachiis 2. appendiculis filiformibus; pedibus octonis. *Capitis clypeus* corpore reliquo maior, ſubquadratus angulis obtuſatis; antice porrecta rotunditate, poſtice ad thoracem profunde emarginatus; medio umbonatus ſulcis parum conſpicuis. Antice, ſupra ſunt *oculi* bini, oblongi convexi. In apice adſunt 6 *apices* filiformes breves, et praeterea tria paria *palporum;* quorum primi exteriores ſunt ſemicylindrici, emarginati

ginati, ſecundi filiformes apice globulo ſphaeroideo, tertii interiores ſunt ſetacei. Sub clypeo capitis prodeunt *antennae* filiformes, clypeo longiores. *Thorax* reniformis, medio umbonatus. Ad latera membris globoſis connectuntur brachia duo, pedes octo. *Brachia* quinque articulata, quorum articuli 1, 3 et 4 ſunt breves; 2 et 5 longiores; quintus articulus in apice ſubdiviſus, altero ſegmento breviore; inter 2 et 3 articulum externa e parte prodit appendicula filiformis. Tria prima *pedum* paria 3 articulata, poſtici pedes articulis quatuor. *Pedes* circiter longitudine clypei capitis, *brachia* totius corporis. *Cauda* brevis, imbricata octies, membris medio bis elevatis, in ipſo apice bina corpora oblonga. Color totius corporis ſubdiaphani ſulphureus, e viridi et aurantio helvolus. Habitat in mari Indico.

XVII. *D.* KÜHNII, *medic. pract. Iſenac., obſervationes miſcellae ad hiſtoriam naturalem pertinentes.* p. 214. De ſpelunca notatu digna prope Iſenacum. De variolis (gallis), foliorum quercus: inſectum, a quo originem trahunt, noſtro audit cynips quercus inoculatorius flavus. Cynips quercus pedunculi. Cynips quercus gemmae. De nidis formicarum raris (phallo eſculento). De mira voracitate leporum. De nidis formicarum raris (phallo eſculento). De mira voracitate leporum. De mira incubatione ſtrigis ululae.

XVIII. A. HAASE *experimenta chemica cum tripela (Schillingsfürſtenſi) inſtituta.* p. 226. Uncia eius continet $16\frac{1}{2}$ gran. terrae martialis purae, 20 gran. terrae aluminaris et 7 drachm. 13 gr. terrae inſolubilis, quem H. ſiliceam eſſe vidit.

XIX. H. SANDERI, *profeſſ. Carolsruh., relatio de ſerpente incognito, quem in muſeo monaſterii St. Blaſii reperit.* p. 246. Pedibus binis brevibus carnoſis inſtructus eſt, arbores incolens, inque ſylva nigra ſat frequens.

p. 249. XX. HERMANNI *Emendationes et additamentum ad deſcriptionem ſternoptygri in parte huius diarii decima ſexta.*

Eiusdem Emendationes ad deſcriptionem Lemuris Cattae in parte decima quinta pertinentes.

Pars XVIII.

I. *Symbolae ad ornithologiam exoticam. Pars IV.*

p. 1. Xanthornus virens (cum icone colorata). Additamentum ad partem harum ſymbolarum tertiam, de todo criſtato.

p. 8. II. MEUSCHEN, *conſiliar. legat. Hag. Com., epiſtolae conchyliologicae ad* WALCHIUM, *conſil. aulic. Epiſtola II.* Cum iconn. colorr.

p. 21. III. OTT. FRID. MÜLLER *de taenia gaſteroſtei aculeati ac planaria lactea.* Cum iconn. Simul de faſciola hepatica.

p. 38. IV. GOEZE *obſervationes ſuper oeconomia anguillarum aceti.* Cum iconn. De horum vermium habitatione, innoxia in hominis ventriculo indole, caloris impatientia, variis in fluidis conſervatione vivendique ratione, exuviis, hibernatione, propagatione, artificiali excluſione foetus, generationis modo.

p. 66. V. *D.* FRAC. DE PAULA SCHRANK, *conſiliar. eccleſiaſt. elect. palat. bavar., obſervationes zoologicae.* Cum iconn. Corvus caryocatactes LINN. Scolopax Gallinago L. Fulica fuſca L. Phalaena geometra chaerophyllata L. Mya margaritifera L. (Quae hic auctor monuit, CHEMNITZII theoriam de ortu margaritarum mire confirmant; ſcilicet piſcatores in Bavaria margaritas quaerentes eas modo conchas colligunt, quarum ſuperficies ſcabra, verucoſa varieque laeſa ſit, concha-que ſuperficie laevi negligunt.) Helix arbuſtorum MÜLLER. Helix ſuccinea MÜLL. Buccinum truncatulum MÜLL. Enchelis epiſtomium MÜLL. (ut auctori videtur). Enchelis pyrum MÜLL. Vorticella rotatoria MÜLL. Echinorynchus barbi.

barbi. — Horum animalium hiſtoria naturalis varie illuſtratur, ſimulque aliorum auctorum de iis obſervationes corriguntur, ſupplentur.

VI. GE. FRID. GÖTZ *ſymbolae ad hiſtoriam mineralogicam comitatus Hanovienſis.* Initio recenſentur auctores, qui ante noſtrum idem argumentum tractarunt. p. 86.

VII. HERMANN, *Argentor., de matrepora calendula nondum deſcripta.* Cum iconn. colorr. Madrepora Calendula ſimplex, turbinata, ſtella concava, radii lamellis alternis brevioribus; centro papilloſo, lamellis alternis brevioribus; centro papilloſo, lamellis ovatis erectis liberis circumdato. p. 115.

VIII. IO. SAM. SCHRÖTER, *diacon. Vinar., de nonnullis petrefactis Heydenheimenſibus e ducatu Würtembergico.* Primum de matricibus horum petrefactorum, lapide calcareo ac ſilice igniario. Vermiculitae. Cochlitae. Conchitae. Encrinitae ac Pentacrinitae. Echinitae. Corallitae. p. 123.

IX. H. SANDERI, *profeſſ. Carolsruh., deſcriptio ſpeluncae ſtalactitas tenentis in Landgraviatu Sauſenburgenſi.* Initio recenſentur variae aliae huiusmodi ſpeluncae, notatis ſimul auctoribus, qui de iis egerunt. p. 167.

X. SCHREBERI *ſymbola ad hiſtoriam naturalem ranarum.* Primum de exigua noſtra amphibiorum notitia LINNAEIque de amphibiologia inſignibus meritis. Tum accurate deſcribitur nova ranae ſpecies, ex America boreali, rana *pipiens*, et icone colorata ſiſtitur. LINNAEUS eam cum rana ocellata confudit; at enim ſpecies eſt peculiaris. p. 182.

XI. IO. SAM. SCHRÖTERI, *diaconi Vinar., additamenta ad relationem ſuam de marmore teſtaceo in ducatu Carinthiae recens detecto maculis verſicoloribus, ſymbolaque ad hiſtoriam lapidis mutabilis.* Praemiſſis nonnullis obſervationibus de marmore illo in univerſum p. 194.

ſum ſpectato, ſeptem eius exemplaria deſcribuntur. Variae hinc deducuntur concluſiones naturam huius foſſilis illuſtrantes. — De lapide mutabili (oculo mundi) in ligno petrefacto viridi coburgenſi ab auctore reperto.

p. 215. XII. IO. STEPH. CAPIEUX *ſymbolae ad hiſtoriam naturalem inſectorum. Pars IV.* Cum iconn. colorr. Deſcriptio erucae pupaeque phalaenae bombycis velitaris. Deſcriptio erucae pupaeque phalaenae noctuae deraſae. Deſcriptio erucae pupaeque ſphingis phegeae. Deſcriptio erucae pupaeque apiformis, ubi obiter de pupa phalaenae coſſi.

p. 226. XIIII. *D.* AUG. CHR. KÜHNII *anecdota ad inſectorum hiſtoriarum pertinentia. Pars XII.* Finis hiſtoriae congeriei larvarum, *Heerwurm* dictae. Iam tandem inſectum perfectum vidit auctor, prodire. Referendum eſt inter tipulas alis incumbentibus. Icones pictae adiectae ipſam larvarum congeriem, larvam, pupam inſectumque perfectum exhibent.

p. 232. XIV. H. SANDERI, *profeſſ. Carolsruh., ſymbolae ad hiſtoriam naturalem avium. Symbola III.* Lanius excubitor mas. In nota adiecta SCHREBERUS docet, hanc avem potius paſſeribus adnumerari oportere. Fulica chloropus: obſervationes zootomicae. Tetrao bonaſia. Phaſianus gallus morio.

p. 243. XV. C. G. RIMROD, *verb. div. min. Quenſtedt., epiſtola ad* SCHREBERUM *de rheo hybrido.* Semina huius plantae foecunda obtinuit R., ut pro vera genuinaque ſpecie peculiari habenda ſit.

p. 252. XVI. I. CH. MEINEKE, *verb. div. min. Oberwiederſtädt., de hypotheſi, multa petrefacta reliquias eſſe mundi praeadamitici.* Probabile reddere auctor conatur, cosmogoniam a Moſe deſcriptam tantummodo revolutionem telluris univerſalem, non veram ex nihilo creationem fuiſſe. Primario argumento utitur hoc, quod multorum petrefactorum archetypa nunc nuspiam reperiuntur. Egit hoc de argumento iam

in

in parte prima huius diarii. Varias hic obiectiones ſtudet diluere.

P. XIX.

I. *D.* IO. MAYER, *reg. Polon. conſil. aulic. Prag.*, p. 1. *de opalis et oculis mundi Poloniis.* Cum icon. color. Opali oculique mundi in Polonia frequentiſſimi ſunt. Magna inprimis copia reperiuntur ad Radomiſchel, pagum metropolitae eccleſiae graeco-romanae kiovienſis ditioni ſubiectum Opali ibi in exigua profunditate humo remiſti magno numero notabilique magnitudine occurrunt. Utrum ibi generari, an cum aliis lapidibus aliunde illuc delati ſint, non licet decernere. Opali, qui in ſuperficie camporum reperiuntur, fere fatiſcentia ſoluti, inque oculos mundi transmutati ſunt. Quod ſi aquae, ut pellucidi fiant, aliquoties ſubmerguntur, in fragmenta diſſiliunt exigua granuloſa, quae, ſi ſaepius humectantur ſolique aliquamdiu exponuntur, in terram argilloſam terrae ſiliceae ferroque remiſtam fatiſcunt. Opali ſpecioſi nobilesque rari ſunt. Inter opalos, quos maximo numero auctor poſſidet, nullus reperitur, cuius forma ſit regularis ac cryſtallina. Matrix eſt fere argillacea. Deſcribuntur nonnullae horum opalorum oculorumque mundi varietates, deque eorum habitu chemico agitur. — Opali tum demum proprietatem in fluidis aliam faciem induendi nanciſcuntur, ubi fatiſcentia portionem terrae ſiliceae iis abſtulit. — Denominatio *oculus mundi*, quatenus de lapide dicitur, qui in fluidis aliam formam ſibi induit fitque pellucidus, admodum generalis eſt, adque varios lapides variorum generum pertinet. Chalcedonii Hüttenbergenſes e Stiria, qui in ferri ſpatoſi mineris reperiuntur, fatiſcentia ſoluti, pariterque nonnulli e Bohemia et Islandia, quos noſter adſervat, hac gaudent proprietate. Habet noſter fragmentum lapidis picei albi e Mongatſch in Hungaria cum ſchoerlis albis adiaphanis

phanis, qui in fluidis pariter colorem ſuum pelluciditatem que immutant. Nonnullae feldſpati varietates e montibus Carpathicis, quae vulgo lapides picei audiunt, eandem vim exſerunt, interque fluores minerales huiusmodi lapides haud raro deprehenduntur. Cum igitur appareat, his lapidibus iſtam proprietatem tantummodo caſu venire, ſi fatiſcentiam ac diſſolutionem experiantur, patet, eos ad ſuas quemque ſpecies ablegandos, non vero in ſpeciem peculiarem cogendos eſſe. — Ad finem obiter de aliis lapidibus una cum illis opalis occurrentibus.

p. 12. II. SCHREBER *de oculo mundi tanquam hygroſcopo.* Variae recenſentur obſervationes a SCHREBERO collectae, unde apparet, oculum mundi opalinum humiditatem atmoſphaerae abſorbere, adeoque loco hygrometri adhiberi poſſe. Obiter de aliis lapidibus, quibus eadem proprietas competit. Cumque oculi mundi opalini frequenti humectatione fragiles fiant, ſuadet ut ne in locis humidis adſerventur.

p. 18. III. HERMANNI, *profeſſ. Argent., obſervatio de vitro, evaporatione vique attractiva.* Apparet hinc, corpora fixa interventu vapo um etiam per calorem ſatis modicum volatiliſari poſſe, magnumque inter vitra ratione attractionis diſcrimen intercedere.

p. 22. IV. MEUSCHENII, *conſiliar. legat. epiſtolae conchyliologicae ad* WALCHIUM, *conſiliar. aulic. Epiſtola tertia.* Cum icon. colorr.

p. 31. V. HERMANNI, *profeſſor. Argentorat., obſervationes helminthologicae. Pars II.* Cum iconn. Taenia omphalodes, articulis brevibus, acetabulis, oris quatuor. E mure ſilvatico. Cucullanus percae. Vermis cucullano ſimilis ex anguilla. Aſcaris, uti videtur, ex inteſtinis canis. Vermis ex inteſtinis carpionis. Lernaea gadi lotae. Alia lernaea, ſquamicola auctori dicta. Faſciola aloſae. Brachionus quadridentatus. Brachionus patina. Alius brachionus. Trichoda

choda mytilus. Vorticella quaedam. Alia vorticella (polymorpha? aut cornuta?). Vorticellae duae aliae. Trichoda quaedam? Vorticella auriculata? Vorticella alia. Cercaria quaedam. Enchelis fritillus. Vorticella macroura. Duae planariae. Planaria punctata?

VI. *D.* FRID. HENR. LOSCHGE, *profeſſ. medic.* p. 60.
Onolt., obſervationes ſuper monoculo apode LINN. Cum iconn. colorr. Accurata deſcriptio huius inſecti. Etiam de exuviis, quas auctor hoc inſectum interdiu vidit deponere, cum monoculi a SCHAEFFERO examinati omnes noctu eas depoſuiſſent.

VII. G. F. GÖETZ *ſymbola ad hiſtoriam naturalem inſectorum.* p. 70.
Cum iconn. colorr. Coleoptera aliquot nondum deſcripta: Cerambyx Budenſis, thorace ſpinoſo, elytris obtuſis rubris, maculis in apice nigris, antennis corpore longioribus; Cerambyx quercus (mas), thorace ſpinoſo, elytris obtuſis, macula antice rubra, antennis mediocribus, corpore rubro; Cerambyx quercus (foemina), thorace ſpinoſo, corpore atro, nitente, elytris obtuſis flavis, antennis mediocribus. — Symbola ad hiſtoriam naturalem erucarum ad teſtacea habitu ſuo externo accedentium (*Sackträger*).

VIII. G. F. GÖTZ *continuatio ſymbolarum ad ornithologiam.* p. 78.
De pipra rubicola. De pſittaco macao (ubi SCHREBERUS in nota de roſtro huius avis pſittacique araraunae). Si quid carnis huic pſittaco datur, ſemper ſibi pennas evellit. Petroſelinum ei, quemadmodum omnibus pſittacis, venenum eſt; etiam amygdalae amarae ei nocent, ſic tamen, ut oleo amygdalarum dulcium ſanari poſſit. — Continuatio catalogi avium anomalice albarum *): alauda arvenſis, fringilla domeſtica femina, fringilla cannabina,

*) Vid. huius diarii part. XVI.

bina, turdus merula, corvus pica, corvus corax. — De columba coronata (de excluſione ovorum eius foetuque).

p. 91. IX. HERMANNI, *profeſſ. Argentor.*, *ſymbola ad hiſtoriam bovis moſchati* (*Biſamochs*) *e ſinu Hudſonico in America boreali.* De capite animalis huius, cuius etiam icon addita eſt. Bos ille videtur noſtro idem eſſe cum bove cafro SPARMANNI. HERM. bovem taurum europaeum, bovem biſonem americanum bovemque hunc moſchatum pro tribus ſpeciebus peculiaribus habet, characteribusque eos eſſentialibus differre docet, contra BUFFONUM. Unde nomen bovis moſchati derivatum ſit, noſter certo definire nequit. In bove biſone ſuſpicatur odorem excrementorum, quem Moſchum referre dicunt, accidentalem eſſe, et a partibus vicinis corporis repetendum. In BARTHOLINI quidem *oratione de peregrinatione medica* legit, Neapoli vulvam bubalinam ſiccatam vendi, ut per eam aliis corporibus odor moſchatus concilietur.

p. 96. X. *D* KÜHN, *medic. pract. Iſenac., deſcriptio encrinitarum ad Iſenacum repertorum.* Cum icone. Obiter de aliis petrefactis iſtius regionis. Varia monentur phyſiologiam huius zoophyti illuſtrantia.

p. 116. XI. FRANC. DE PAULA SCHRANK, *conſiliar. eccleſiaſt. elector. palat. bavar.*, *rhapſodiae argumenti botanici.* Cum iconn. Avena ſativa. Datura faſtuoſa. Nicotiana ruſtica. Capſicum annuum. Gentiana ciliata et bavarica (contra RETZIUM docetur, vere eſſe duas ſpecies peculiares). Amaryllis formoſiſſima. Galeopſis. Colutea aethiopica MEDICI. Hypericum hircinum. Chaetophora (novum muſcorum genus a noſtro factum; definit id his verbis: muſcus frondibus ſetas longiſſimas ferentibus; duas eius ſpecies novit: ch. *globoſam*, quae eſt O. F. MÜLLERI conferva ſtellaris filamentis e baſi orbiculari parallelis

lis *), atque ch. *lobatam*). Elvela epiphylla (elvela petiolata ſubturbinata fuſca, margine crenato).

XII. SCHREBER *de veneno, quo Americani Guianae incolae ſagittas inficiunt, deque plantis, e quibus illud elicitur.* De hoc toxico inprimis ſecundum BANCROFTUM, auctorem hac in re claſſicum, agitur. Huius motus relatione SCHREBERUS operam dedit, ut certius quid de hocce veneno plantisque, unde extricatur, diſceret. Id quod etiam nonneminis regionem Surinamenſem incolentis beneficio ei contigit, a quo tum varia ad Bancroftianam relationem additamenta, quibus illa relatio confirmatur, hic illic etiam corrigitur, tum vero etiam plantarum toxicoferarum ſpecimina accepit. Sic praeter alia didicit, pro certo illius veneni antidoto in iſtis regionibus lumbricos terreſtres cannamque ſacchariferam, ſi intus ſumantur, haberi. Plantae, quarum ſucci ad venenum conficiendum adhibentur, ſunt hae, deſcriptione ſecundum ſpecimina ad SCHREBERUM transmiſſa concinnata: p. 129.

1. *Wurali.*

TOXICARIA *americana.*

Rami 2, ſeſcuncia circiter pedem (pariſ.) ſuperantes, oppoſiti, patentes, teretes, fuſci, villo brevi luteſcente pubentes, in articulos circiter 13, foliis proximis breviores, diviſi; geniculis vix notabiliter tumidis.

Folia longit. 2—3 unc. latit. 10—14 lin., oppoſita, patentia petiolata, ovata, et ex ovatis lanceolata, integerrima, acuta, utrinque glabra: ſupra nervo medio pubeſcente, ſubtus pallida, triplinervia: nervis lateralibus 2 oblique oppoſitis, verſus apicem folii evaneſcentibus; et inſuper duobus, ab ipſa baſi marginem

*) Vid. huius diarii part. VII.

ginem diſtantiae lineae ad tertiam longitudinis partem comitantibus.

Petioli breviſſimi, 2 linearum longitudinem vix excedentes, ſupra planiuſculi, ut rami pubeſcentes, linea transverſa connexi.

Cirri ſolitarii, axillares, e paucis axillis absque ordine egredientes, plerique articulis longiores, unc. 2 et lin. 3 — 6 circiter longitudine, erecti, ſimplices, inferne pedunculis tenuiores, ſurſum craſſeſcentes, apicem verſus denuo attenuati, in anfractum ſimplicem convoluti, pubeſcentes.

Credit SCHR., hanc plantam ad Rouhamon AUBLETI pertinere, etſi, num ambae eandem an diverſas ſpecies efficiant, definire non audet.

2. *Warakabbakurru.*

PIPER *geniculatum* foliis oblongo-ovatis enervibus acutis.

Caulis fruticoſus, teres, ſtriatus, e rufo fuſcus, glaucus ut videtur, articulatus, geniculis craſſis, ſulcatis (per ſiccitatem forſitan), internodiis brevioribus, quam folia adpoſita; dichotomus. Longitudo articulorum 3 — 5 poll. craſſitudo $\frac{3}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ lin. geniculorum 2 — 3 lin.

Folia alterna, petiolata, ovata et oblongo-ovata, (Coffeae panicul. AUBL.) integerrima, in cuſpidem elongatam deſinentia, utrinque glabra, venoſa: venis non valde ramoſis, ramulorum concurſu areolas maiuſculas includentibus, plana, longitud. 5 — 6 poll. pariſ. lat. 1 poll. 10 lin. — 2 poll.

Petioli breviſſimi, long. 2 lin. teretes, ſupra vix planiuſculi ſcabri, baſi aucti *membrana* geniculum amplectente.

Vaginae ſimiles oppoſitifoliae, ſolitariae, acutae, ovatae, 3 lin. longae.

Spicae ſolitariae, oppoſitifoliae extra vaginas praedictas prodeuntes, erectae, ante antheſin 4 lin.

lin. longae, breviſſime pedunculatae; adultior rectiſſima, long. 6 poll. 1 lin. inſidens *pedunculo* 4 linear. ſulcato.

Antherae parvae, albidae.

Germina numeroſa, ſeſſilia, ovata.

3. *Kauranapai.*

CARAIPA *anguſtifolia.* AUBL. *guian. p.* 562 *tab.* 224. *f.* 4.?

Ramus craſſitie 2 lin. cortice cinereo, rugulis per longitudinem absque ordine decurrentibus et coeuntibus ſtriato; ramulis alternis, divergentibus, tomento tenui ferrugineo ſcabris.

Folia magna, long. 9, lat. max. 3 poll. alterna, patentia et dependentia, petiolata, oblonga, a medio apicem verſus paullo latiora quam verſus baſin, integerrima, apice in cuſpidem acutam fere pollicarem ſenſim producta ſupra nitida et ſaturate viridia, ſubtus pallidiora, venoſa: venis maioribus utrinque villo ferrugineo tectis (microſcopii ope etiam extra venas pili minimi rari in utraque ſuperficie foliorum, praeſertim iuniorum, deteguntur.)

Petioli breviſſimi, vix ultra 3 lin. longi, terete, ſupra ſulco exarati, ſubtus transverſe rugoſi, tomento ferrugineo obducti.

Stipulae deciduae?

4. *Bixiti.*

PUTERIA *guianenſis.* AUBL. *guian. p.* 86. *tab.* 33.

Putamina admodum ſingularia fructus huius arboris, quae SCHR. una cum cortice accepit, certiſſime oſtendunt, illud toxici ingrediens nihil aliud eſſe niſi puteriam AUBLETI.

Capſ. valvulae binae baſi coadunatae, lignoſae, craſſitie 1 lin. e ferrugineo cinereae, interne ad angulum acutum ſtriatae; externe incruſtatae cortice tenui atrofuſco, (ſub quo rete venarum anaſtomoſantium)

ſantium) ſuperficie ſetis aceroſis teſtaceis denſiſſimis ad corticem perpendicularibus hiſpida.

Cortex arboris rugoſus, aſper, e badio cinereus.

5. *Hatibali.*

Etiam arbor. Corticem eius noſter obtinuit.

Cortex glaber, vix ruguloſus, e fuſco nigricans: punctis crebris pallide rufo brunneis, modice excavatis; interne e cinnamomeo brunneus, admodum reſinoſus: reſina albida. Portio *libri* interne adhaerens conſtat e vaſis craſſis, e rufo flavicantibus, reſina farctis.

Apparet, non omnes materias, quae ad toxicum parandum adhibentur, venena eſſe.

p. 159. XIII. O. F. MÜLLERI *adnotationes ad nonnullas ſcriptiones, quae decem primis huius diarii partibus inſertae ſunt. Ad* GÖZII *diſſertationem, quae partis primae initio legitur* *). Furiae infernalis exiſtentiam, etiam poſt SOLANDRI obſervationes, admodum dubiam eſſe, probabiliterque, quicquid hac de re vulgo narretur, fraudi ac ſuperſtitioni Lapponum populorumque vicinorum deberi. Recte GOEZIUM anguillulas aceti ab anguillulis glutinis diſtinguere. Has anguillularum ſpecies clariſſ. MÜLL. conſtituit: Vibrio *fluvialis*, *V. aceti*, *V. glutinis*, *V. marinus*. Sinonymia harum ſpecierum hic notatur. Nec anguillulas glutinis nec vorticellas vere demortuas poſſe in vitam redire; quae in vitam redire videantur, non vere eſſe mortuas, ſed tantum contractas moleculisque terreis involutas, quae aëris in animalcula iſta influxum deſtruentem impediant. — *Ad* GRÜNDLERI *deſcriptionem duarum terebratularum alteri parti inſertam* **). De terebratulis e mari Norvegico. — *Ad*

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXII. p. 700.

**) Vid. ibid. p. 706.

Ad WALCHII *descriptionem duarum specierum asteriae in eadem parte* *). Asteriam papposam radiis undecim, duodecim ac tredecim saepe, sed WALCHII varietatem quatuordecim islandicamque quindecim radiis nondum vidit MÜLLERUS. — *Ad* GÖZII *dissertationem de vermibus, qui dissecti rursus crescunt, in tertia parte* **). Alia hac in dissertatione confirmantur, alia corriguntur. — *Ad* WALCHII *observationes lithologicas eadem in parte* ***). De cochleis terrestribus domu aculeata, earumque exemplo, helice aculeata. — *Ad excerptum ex* GINANNI *opere in eadem parte* ****). — *Ad* DEGEERII *observationes de insectis in genere ibidem* †). Dari insecta perfecta pedibus quatuor, ac testacea, quae vera sint insecta. — *Ad* WALCHII *descriptionem nonnullorum recenter detectorum conchyliorum quarta in parte* ††). — *Ad eiusdem dissertationem de reproductione asteriarum ibidem* †††). Nostri observationes coniecturaeque hoc phaenomenon spectantes. Dissentit M. a BONNETO e singulis asteriae fragmentis integras asterias nasci asserente. Obiter de capitis in limacibus regeneratione. Vim reproductionis noster cum BONNETO a germinum evolutione repetit, in eo tamen ab illo dissentiens, quod germinum copiam incredibilem, quam BONNETUS assumit, repudiat. Arbitratur, pleraque phaenomena reproductionis ex uno germine sive primo stamine singularum plantarum animaliumque in-

 finite

*) Vid. Comm. nostr. Vol. XXII. p. 706.
**) Vid. ibid. pag. 708.
***) Vid. ibid. pag. 710.
****) Vid. ibid. pag. eed.
†) Vid. ibid. pag. ead.
††) Vid. Comm. nostr. Vol. XXIII. p. 46.
†††) Vid. ibid. pag. ead.

finite ſubtili poſſe derivari, dummodo ſumatur, hoc germen vi gaudere elaſtica, per quam ſeſe explicet, materiaeque expandentis privatione rurſus collabatur, donec recentis materiae affluxu denuo expandatur. — *Ad* GMELINI *conſiderationem muſcarum vegetantium in eadem parte* *). GMELINUM duas clavarias confudiſſe, quarum hic diſcrimen traditur. Nonnullae obſervationes de huiusmodi vegetabilibus. — *Ad* WALCHII *deſcriptionem limacis albae in eadem parte* **). De varietatibus huius limacis. — *Ad* GMELINI *diſſertationem de petrefactis animalium Würtembergicis ibidem* ***). De terebratulis maris Norwegici.

p. 177. XIV. I. H. CHEMNITZ *de conchyliis e mari pacifico, quae in itineribus Cookianis collecta ſuo in muſeo Havniae adſervat.* Cum iconn. pict.

p. 209. XV. GE. FRID. AHRENS *catalogus lepitopderorum ad Schloß-Ballenſtedt repertorum et obſervatorum.*

P. XX. p. 1. I. *Brevis deſcriptio arboris, nuces parte huius diarii XIII. pag. 53. deſcriptas ferentis. Ex epiſtola D.* KÖNIGII *Trankenbari degentis communicata a* LAURENT. SPENGLERO. Haec arbor ſecundum ſyſtema ſexuale ad claſſem VIII., octandriam, eiusque primum ordinem, monogyniam floribus completis inferis pertinet. Genus efficit novum, inſigniturque hic ſequentibus notis:

Xylocarpus.

1. X. *Granatum.*

Granatum littoreum. RUMPH. *herb. amb.* 3. p. 92. tab. 61.

Cadul

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 46.

**) Vid. ibid. p. 47.

***) Vid. ibid. p. ead.

Cadul gaha. *Cingalenſibus.*

Cadalanga, (*Fructus*) *Tamulis.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, clavatum, glabrum, coriaceum, parum coloratum rubrum, quadridentatum, *denticulis* rotundatis, adpreſſis, marginatis: marginibus paullo magis coloratis.

COR. *Petala* quatuor, receptaculo floris innata, ovato-oblonga, integerrima, patentiſſima, calyce duplo longiora, ſubcoriacea, nivea — *Nectarium* intra petala et germen receptaculo floris innatum, erectum, ovato inflatum, ſubcarnoſum, niveum (lilii convallium flore duplo minus); *ore* octofido ſtamina conſtituens.

STAM. *Filamenta* laciniae octo nectarii, linearia, obtuſa, emarginata, concoloria, corolla breviora. *Antherae* ad paginas interiores filamentorum adnatae, lineari-oblongae, retuſae, ſulculo diviſae, viridi-luteae, longitudine ſtam. aequales.

PIST. *Germen* ovatum, glabrum, baſi ſtriis transverſalibus oblongis parum rugoſum. *Stylus* breviſſimus, craſſus, glaber. *Stigma* retuſum, latum, marginatum, margine ſulcato; diſco convexo, decuſſatim ſulcato, perforato.

PERIC. *Drupa* magna, exſucca, globoſa; *cortice* lignoſo craſſo, pagina exteriori glabro ſulcisque quatuor vel quinque obſoletis notato, viridi; interiori lignoſo, fibroſo, craſſo, caſtaneo.

SEM. *Nuces* octo, decem vel plures, diſtinctae, clavatae, anguloſae, breves, angulis variantibus figurisque parum diſſimilibus; lateribus ſubconcavis, apicibus craſſis, corculo verſus marginem protuberante; cortice glabro ſubſericeo-molli caſtaneo, pagina interiori lignoſo, fibroſo, rigido, craſſo, fragili, obſcuriori, obductae; magnitudine inaequales. *Nuclei* ſublignoſi, fragiles, rubro ferrugineoque albi; vel ſub carnei; ſapore amaro et adſtringente.

Arbor variae magnitudinis; ſaepius grandis, interdum fruticoſa.

TRUNCUS erectus, *cortice* fiſſo duro fuſco-caſtaneo tectus, mediocris. *Frons* oblonga, interdum ſubgloboſa, opaca. *Rami* maiores ſparſi; minores ſaepius oppoſiti, cortice cinereo fuſco tecti, numeroſi.

FOLIA oppoſita, patentia, petiolata, oblongo-clavata, rotundata, vel interdum oblongo acuta, integerrima, pagina ſuperiori vix convexa, glabra nitida, obſcure viridia; inferiori venoſa, nervo magis prominulo; rigidiuſcula, foliis pomorum parum maiora.

Petioli patentes, parum curvati, teretiuſculi, ſubrugoſi, caſtanei, breves.

RACEMI ad ramos ſparſi; interdum axillares, erectiuſculi, pedunculati, ovato-oblongi parvi (foliis breviores): partiales oppoſiti, terminales ſaepius trichotomi; patentiſſimi.

Pedunculi teretes, glabri, tenaces, colorati, rubri, nudi. *Pedicelli* flore breviores.

Habitat in ſilvis rhizophoreis, ſolo coenoſo ſalino, ſatis frequens in India orientali.

p. 8. II. I. H. CHEMNITZ, *verb. div. min., de iis conchis, quarum una valva dextrorſum, altera ſiniſtrorſum convoluta eſt.* Cum iconn. colorr.

p. 17. III. *D.* IO. DAV. SCHÖPF *deſcriptio percae Americae borealis.*

CAPUT declive, fronte ſquamoſa. *Nares* duae utrinque (altera maiore) ad oculi angulum ſuperiorem. *Iris* aurea.

Maxilla ſuperior protractilis; inferior plerumque paullulum prominula.

Dentes ſetoſi minimi in utraque maxilla et in oſſis palatini parte anteriore.

Lingua oblongo-ſubtriangula, apice obtuſa, margine utroque aſpera.

Opercu-

Opercula branchioſtega ſquamoſa; ſuperius margine ſerrato.

Membr. branch. radiis VII.

CORPUS compreſſum, oblongum, inter radios primos P. D. anterioris et P. Abd. latiſſimum, inde anteriora et poſteriora verſus declive.

Dorſum ex viridi caeruleoque fuſcum. *Abdomen* albidum, ſplendens.

Labium inferius, gula, Membr. branch., operculi ſuperior. margo, P. ventrales (ſaepe etiam Pect. Analiumque baſis) a ſanguine per membranas tenuiores transparente rubrae. — *Cauda* ſemiforficata.

P. Ventr. baſi ſterni inſidentes. — *Linea lateralis* recta. — *P. Dorſi* duae.

Squamae omnes et Palpebra inferior ciliatae.

P. D. 9, $\frac{1}{13}$. — V. $\frac{1}{6}$. — P. 15. A. $\frac{3}{12}$. C. 18. —

Apparet, hunc piſcem a perca fluviatili L. diverſum eſſe. Cui ſpeciei accenſeri debeat, aut num peculiarem ſpeciem conſtituat, auctor non definit.

IV. *D.* IO. DAV. SCHÖPF *deſcriptio eſocis lucii in America boreali.* Hanc deſcriptionem ideo publici iuris fecit clariſſ. SCH., ut lucius Americanus cum Europaeo comparetur. Vulgaris enim opinio eſt, pleraque, niſi omnia, animalia, quae veteri novoque orbi communia videntur, accuratius conſiderata admodum diverſa reperiri. p. 26.

CAPUT. — *Frons* laevis, punctis variis canis notata — parum declivis.

Nares utrinque 2, rotundae, in ſulco longitudinali, prope *Oculos* poſitae. — *Iris* flava.

Mandibula ſuperior depreſſa, planiuſcula, inferiore brevior, non protractilis.

Labia propria cartilaginea, edentula; antice oſſi naſali? iuncta, poſtice membrana tenui dilatabili oſſi maxillari? connexa. —

Mandibula inferior plana, paulo prominens — ſubtus alba, maculisque paucis, irregulariter dispoſitis, nigreſcentibus aſperſa. — Rictus amplus. —

Dentes. — Os maxillare? ſuperius, interne, ab apice ad oculos usque, dentibus confertiſſimis caninis, acutis, obſeſſum.

(Oſſa haec maxillaria? non nihil mobilia ſunt.)

Palatum (intra oſſa maxill.? ſitum) dentibus quoque aſperum.

Ligua, dorſo longitudinaliter prominente, aſpera; ambitu cartilaginea, glabra, antice emarginata.

Fauces glabrae.

Maxilla inferior dentium caninorum ſerie ſimplici armata.

Latera capitis et tempora plana, perpendicularia, ſquamoſa.

Membrana branchioſtega rad. XII.

CORPUS elongatum, tereti-ſubcompreſſum, lubricum; *dorſo* planiuſculo, ex fronte horizontaliter fere procurrente.

Pone anum tantum corpus in caudam anguſtatur.

Linea lateralis nulla conſpicua. —

Dorſum ex viridi nigreſcens. — Abdomen album. — Latera virideſcentia; faſciis variis undulatis obſcuris deorſum ſtriatum.

Radii pinn. pector. — (interdum et Ventral. — Analiumque) rufeſcentes — membrana connectens alba. —

P. 13. V. 8. A. 14? — D. 15. l. 16. — C. 20? — Cauda ſemibifida.

p. 32. V. *D.* IO. DAV. SCKÖPF *deſcriptio leporis Americae borealis.* Hoc animal a lepore europaeo vulgari (lepore timido L.) diverſum eſt, nec, quae fuit KALMII ſententia, eius varietatem, ſed ſpeciem peculiarem efficit. Lepus timidus verus nondum in America

America boreali repertus fuit. Deſcriptio accurata copioſaque datur. Secundum eam diſtinguitur lepus americanus a vulgari europaeo (timido): 1) minore ſtatura ac pondere, 2) colore, 3) auribus, quae capite niſi breviores. tamen non longiores ſunt, apicem habent obtuſiorem margine nigro anguſto, poſticeque propemodum nudae ſunt. A cuniculo differt: 1) oculis albis, 2) vitae genere, etenim non fadit. Proxime accedere videtur ad leporem alpinum (*Alpine Hase*) PENNANTI ſive leporem hyeme album, quem clariſſ. FORSTERUS ad Wolgam reperit. Hoc modo diſcrimen intercedit, quod lepus americanus ab auctore obſervatus hyeme nunquam albeſcit. Albeſcunt tamen lepores ad ſinum Hudſonis, qui etiam, quantum auctor novit, pro eadem cum lepore alpino ſpecie habentur. Hinc veriſimillimum ipſi videtur, leporem a ſe deſcriptum eundem eſſe, ſolummodoque in regionibus Americae ſeptentrionalis magis ad auſtrum verſis ob hiemes ibi breviores ac mitiores nunquam album evadere.

VI. VON SCHEVEN, *verb. div. min.*, *ſymbolae ad hiſtoriam naturalem inſectorum. Pars V.* Cum iconn. colorr. De hermaphroditis inter lepidoptera, erucisque ad teſtacea accedentibus (*Sackträger*). Obiter in univerſum de hermaphroditis regni animalis. p. 79.

VII. VON SCHEVEN, *verb. div. min.*, *epiſtola* (*ad* SCHREBERUM) *de ſpeciebus veſparum cribrariarum part. XV. huius de diarii pag.* 75. *ſſ. deſcriptis, una cum reſponſione* (SCHREBERI). Cum iconn. colorr. p. 92.

VIII. I. A. E. GÖTZE, *verb. div. min. Quedlinburg.*, *obſervationes de ranis per calorem conclavis ex ovis excluſis.* Experimenta cum ovis ranae temporariae LINN. inſtituta ſunt, felicemque exitum habuerunt. Obiter de multifariis modis generationis animalium p. 106.

animalium, atque animalculis infuſoriis in aqua, cui ova ranarum inhaerent, obviis. — In ranis frigore torpidis G. ſanguinem non rubrum, ſed candidum pellucidumque reperit.

p. 301. IX. O. F. MÜLLERI *continuatio adnotationum ad nonnullas ſcriptiones, quae decem primis huius diarii partibus inſertae ſunt.* Cum iconn. colorr. *Ad* GÖZII *diſſertationem de erucis ſubcutaneis in quinta parte huius diarii* *). — *Ad* GRÜNDLERI *ſcriptiunculam de clavariis in eadem parte* **). — *Ad eiusdem partis paginam* 205. Archetypum entomolithi paradoxi non videri oniſcum, ſed potius monoculum apodem L. eſſe. — *Ad* DEGEERIUM *de generatione inſectorum eadem in parte* ***) *Recte* DEGEERIUM coitum monoculi pulicis LINN. (daphniae pennatae MÜLL.) ſtatuiſſe. — *Ad* ROTTEMBURGII *animadverſiones in parte ſexta* ****). Papilionem Thaumantem eſſe eundem cum pap. flavo *Zool. dan. prodr.* 1333. Eius ſupra infraque viſi icones pictae. Deſcriptio pap. Tulliae. — *Ad* BECKMANNI *hiſtoriam naturalem monoculi polyphemi ibidem* †). — *Ad* GORZII *deſcriptionem cicadae ſanguinolentae etc. ibidem* ††). — *Ad* ROTTEMBURGII *annotationes ſeptima in parte* †††). — *Ad* KÜHNIUM *de erucis ſaccophoris* (*Sackträger*) *ibidem* ††††). Has erucas teſtaceis affines eſſe, ſenſu admodum improprio dici; propius eas accedere ad larvas

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 48. ſeq.
**) Vid. ibid. p. 49.
***) Vid. ibid. p. 50.
****) Vid. ibid. p. 51.
†) Vid. ibid. p. aad.
††) Vid. ibid. p. ead.
†††) Vid. ibid. p. 641.
††††) Vid. ibid. p. 462.

larvas phryganearum amphitritasque MÜLL. — *Ad* GÖZII *adverſaria de ptinis in parte octava* *). — *Ad* ROTTEMBURGII *adnotationes in eadem parte* **). De Phalaena Caia, eiusque immani foecunditate. — *Ad* KÜHNIUM *de nonnullis papilionum ſpeciebus ibidem* ***). — *Ad* WALCHII *deſcriptionem nonnullorum recens detectorum conchyliorum ibidem* ****) Balanum polythalamium WALCHII eſſe lepadem balaenarem MÜLL. — *Ad* CHEMNIZII *epiſtolam ibidem* †). — *Ad* WALCHII *adverſaria ibidem* ††). — Zoophytum a ſociis intineris PALLASII in Stariza repertum non eſſe ſpongiam, ſed e cellulis tubuloſis ſ. habitationibus polyporum iuxta appoſitis conſtare. — *Ad* GOEZII *indicem parte in nona* †††). — *Ad eiusdem emendationes indicis ibidem* ††††). — *Ad ſuam ſynonymiam animalculorum infuſoriorum ibidem* *). — De Vibrione lunula. — *Ad* MEINECKE *obſervata mineralogica ibidem* **). De futuris echinitarum. — *Ad* WALCHIUM *de clava Herculis in parte decima* ***) De formatione teſtarum cellarumque, quas inſecta vermesque incolunt; de coitu vermium loco cuidam affixorum etc.

X. HER-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXIII. p. 644.
**) Vid. ibid p. 645.
***) Vid. ibid. p. ead.
****) Vid. ibid. p. ead.
†) Vid. ibid. p. ead.
††) Vid. ibid. ip. 646.
†††) Vid. ibid. p. 648.
††††) Vid. ibid. p. ead.
*) Vid. ibid. p. 649. ſq.
**) Vid. ibid. p. 650.
***) Vid. ibid. p. 651.

p. 147. X. HERMANNI, *profeſſor. Argentorat.*, *obſervationes helminthologicae. Pars III.* Cum iconn. Monas lens. Cyclidium Glaucoma. Variae enchelides. Vorticella hians. Volvox uva. Vibrio undula Cyclidium radians. Aliquot trichodae. Cyclidium quoddam. Volvox ſphaerula. Vorticella naſuta? Paramecium caudatum. Paramecium anceps. Paramecium acutum. Vibrio Proteus. Carcaria Lemna? Trichoda Rattus. Carcaria podura? Carcaria lupus? Trichoda quaedam. Vorticella quaedam. Vibrio lunula. Kolpoda hippocrapis Trichoda larus. Alii vermes infuſorii, quos noſtro definire non licuit.

p. 173. XI. IO. SAM. SCHRÖTER, *diac. Vinarienſ.*, *epiſtola ad* SCHREBERUM, *conſiliar. aulic.*, *de larva ſphingis atropi ad Vinariam anno* 1783. *obvia.*

p. 185. XII. MEINECKE, *verb. div. min. Oberwiederſtädt.*, *adnotationes miſcellae ſuper rebus variis ex hiſtoria naturali*, *inprimis lithologia.* Succinum. Productum regni vegetabilis auctori videtur. De corporibus ſuccino incluſis, cautelisque in eorum contemplatione. — Lapis arenaceus ruber calcareus cum cryſtallis quarzoſis ſubtilibus. — Spatum calcareum cubice cryſtalliſatum. — Lithomarga viridis in faxo arenaceo. — De ſpato Islandico aliarumque regionum, atque ſpato ponderoſo obiecta duplicantibus. — Lapis ferrarius ſpurius recens generatus. — Lignum petrefactum. — Oſſa elephantis foſſilia. — Ichthyolithus clupea Groenlandicae, ut fertur. — Tubulitae. — Marmor teſtaceum opalinum a Carinthia. — Otis tarda. — Ovum gallinaceum curvum. — Hirundinum praematurus in Mansfeldiam reditus. Vaporum plumbeorum in has aves columbasque influxus. Plumbi volatiliſatio. — Nidus cuiusdam inſecti, quod auctori apis caementaria videtur.

Index

Index ſyſtematicus ſcriptionum partis XI — XX. p. 211. *huius diarii.*

Index rerum parte XI — XX. huius diarii contentarum. p. 223.

I. *Ducis* DE HOLLSTEIN BECK *obſervationes de trichuridibus in inteſtinis leporum.* Cum iconn. Adnotationes adiecit GÖZIUS, quarum tamen primam ex parte aliter comparatam vellemus. Adulari naturae ſcrutatorem vel maxime dedecet. — Obiter agitur de aſcaride et planaria ex inteſtinis colubri natricis L. Contra BLOCHIUM docetur, non omnes avium taenias inermes eſſe. P. XXI. p. 1.

II. *D.* FRID. HENR. LOSCHGE, *profeſſ. ac proſect. theatri anatom. Erlang., de vermibus peculiaribus e veſica urinaria ranae.* Cum iconn. Tantum obiter licuit auctori hos vermes obſervare, cum ad accuratiorem obſervationem tempus inſtrumentaque idonea ipſi deeeſſent. Suſpicatur, echinorynchos fuiſſe *). p. 10.

III. *D.* IO. DAV. SCHÖPF, *medici aulici Onolt. etc., obſervationes de nonnullis vermibus marinis.* Obſervavit hos vermes auctor, cum in bello ultimo Americano ex Europa in Americam navigaret. Primum deſcribitur et icone exprimitur holothuriae ſpecies tentaculis carens. Ad genus thaliae BROWNII pertinet, a ſpeciebus tamen ab eo definitis differre videtur. — Holothuria phyſalis LINN. — Variae meduſae ſpecies 1) *Meduſa.* Corpus orbiculatum, glabrum, p. 15.

*) Vermium in veſica urinaria admodum raro obſervatorum exemplum in homine notavit PANZANI in diario medicinae, quod Venetiae evulgatur. Cf. *Italieniſche mediciniſch-chirurgiſche Bibliothek*, 1. B. 2. St. (*Leipz.* 1793. 8.) *p.* 15. *ff.*, ubi diſſertationis PANZANI verſio germanica exſtat.

glabrum, hyalinum, diaphanum; ſupra convexum, infra concavum; margine inflexo, crenato, crenulis lanceolatis, interpoſitis tentaculis tenuibus, filiformibus, pallide rufeſcentibus. Os ſubtus centrale, quadrangulum; lobi (vel tentacula) membranacei, lanceolati, ad baſin coadunati, diſco longiores, latere interiore fimbriati, rufeſcentes, in quorum medio corpus tendinoſum craſſiuſculum conſpicitur. Cavitates fornicatae quatuor. An *pelagica* L.? 2) *Meduſa*. Corpus orbiculatum, ſupra convexum, ſubtus concavum; diaphanum, hyalinum; margine inflexo villoſo; ſtriis venoſis ſublacteis, ex centro exeuntibus, verſus marginem in duos tresve ramulos ſeſe dividentibus, qui tamen inter ſe non anaſtomoſantur. Lobi ſubtus 4, breviores, craſſiores, inter quos autem *os nullum*; loco eius protuberantia ſolida. Cavitates quatuor. An *aurita* L.? 3) *Meduſa*. Corpus orbiculatum planiuſculum; hyalinum, diaphanum, margine inflexo villoſo. Os ſubtus triquetrum, apertum; lobi tres, breviores, trilobi. Cavitates tres, annulo glanduloſo reniformi flaveſcente notatae. Striae venoſae, ut in antecedente. 4) *Meduſa* hyalina, flaveſcens, margine 8-crenato.

p. 22. IV. ADOLPHI MODEER, *ſecretar. prim. et membri ſociet. patriot. reg. ſuec. Holmienſ.*, *nonnullae adnotationes de genere echini.* Cum iconn. De defectu notarum characteriſticarum, quibus hucusque ſyſtematici ad echinos definiendos ac deſcribendos uſi ſunt. Attendendum eſſe tam ad naturam teſtarum quam ad indolem ſpinarum. De duarum echini ſpecierum ſpinis petrefactis e Stevensklint (obiter, ABILDGAARDUM de petrefactis ibi obviis parum diligenter egiſſe), quas icones additae ſiſtunt.

p. 27. V. *D.* FRID. HENR. LOSCHGE, *profeſſ. Erlang.*, *hiſtoria naturalis erucae pinaſtri* (*Forl- oder Kieferraupe*). Cum iconn. colorr. Nondum deſcripta fuit haec

haec eruca, pinaſtris maxima peſtis. Tranſit in phalaenam noctuam, pariter adhuc incognitam. Deſcriptio erucae, pupae inſectique perfecti, hic accurata data. Agitur ſimul de damno inſigni huius erucae modisque eius avertendi ex actis publicis. — Ad finem obiter de alia eruca abiecti noxia diſſeritur.

VI. I. SAMUEL SCHRÖTER, *diac. Vinar., epiſtola altera ad* SCHREBERUM, *conſiliar. aulic., de eruca ſphingis atropi ad Vinariam anno* 1783 *reperta, qua hiſtoria eius naturalis usque ad inſecti perfecti formationem deducitur.* p. 66.

VII. CHEMNIZII, *verb. div. min. Haynienſ., ad* SCHREBERUM, *conſiliar. aulic., epiſtola, in qua de hippopotamo agitur.* De ſceleto capitis hippopotami perfecto. Variorum auctorum, etiam veterum, de hoc animali relationes ac ſententiae. Obiter de mammalium diviſione ſyſtematica. Behemoth Iobi non eſſe elephantem, ſed hippopotamum. p. 84.

VIII. *Epitome epiſtolae, quam D.* KÖNIG *Trankeb. die* 18. *Martii* 1783. *ad* O. FRID. MÜLLERUM *perſcripſit.* Argumenti botanici, et ex parte etiam politici. Icon colorata adiuncta ſiſtit Osmundam coronariam. p. 107.

IX. *D.* BERNHARD WARTMANN, *poliater St. Gall., de pane piſcium.* Sic (*Fiſch-Brod*, it. *See-Brod*, i. e. panis marinus) piſcatores lacus Bodamici dicunt zoophytum quoddam nondum cognitum, quo piſces illius lacus, carnivoris exceptis, inprimis hieme veſcuntur. Eſt ſpecies ſpongiae. Suſpicatur auctor, alias etiam ſpongias, fucos etc. piſcibus in cibum cedere, itinerumque piſcium ſaepe cauſam eſſe. p. 113.

X. *D.* IO. DAV. SCHÖPF *obſervationes mineralogicae ſuper parte montium Helveticorum, in itinere per eos* (1775) *inſtituto collectae.* p. 129.

XI. MAYER, *conſiliar. aulic., additamentum ad ſuam relationem de opalis oculisque mundi Polonicis* p. 121.

huic diario inſertam *). Credit, magneſiam in oculis mundi examini chemico ſubiectis repertam non pro principio horum lapidum, ſed pro inquinamento caſu adiuncto haberi oportere.

p. 173. XII. IO. GOTTL. SCHALLER *ſymbolae ad hiſtoriam papilionum exoticorum.* Cum iconn. colorr. I. *Marcus.* Papilio (Eques Achivus) alis ſubcaudatis ſupra fuſcis faſcia communi maculisque albis, ſubtus albis ſericeis, alis omnibus ocellis tribus. II. *Phaenareta.* Papilio (Danaus Feſtivus) alis integerrimis nigris albido punctatis, poſticis antice macula alba. — Ambo iconibus pictis exhibentur.

p. 180. XIII. IO. CH. MEINEKE, *verb. div. min., de nonnullis ſchiſtis minerisque Mansfeldenſibus, partim iam in huius diarii parte XVII. indicatis, partim recens obſervatis.* Cum notis SCHREBERI. De molybdaena in ſchiſto. De vitro cupri cryſtallino. De minera cupri botrytica. De minera cupri viridi. De ſchiſto cum ſpato ſelenitico pellucido. De ſchiſto cum pſeudogalaena fuſca nigraque.

p. 190. XIV. *D.* KÜHNII *obſervationes ad hiſtoriam naturalem ſpectantes. Pars II.* De cantharidibus: periodice eas in fraxino excelſa copioſiſſime reperiri. De lampyridibus noctilucis: earum uſus in venatu ac piſcatu. De pupilla conſtanter quadrangulari oculi in quadam foemina, ſine ullo viſus aciei detrimento. De cantu avium; etiam foemellas melodice canere, cantumque marium modo eſſe puriorem, altiorem fortioremque. De loxia curviroſtri. De caprimulgo: obſervationes zootomicae.

P.XXII. p. 1. I. *D.* P. BODDAERT *diſſertatio de ſimia capite ſuillo, una cum eius deſcriptione et icone. E manuſcripto*

*) Part. XIX. p. 1. ff., vid. ſupra.

ſcripto belgice ſcripto germanice verſa. Cum iconn. partim colorr. Primum de magno diſcrimine inter ſimias, nominatim S. ſatyrum, hominemque. De ſimiis veteribus cognitis *). Arbitratur auctor contra BUFFONUM, ARISTOTELIS pithecos, cebos ac cynocephalos non eſſe ſingulares ſimiarum ſpecies, ſed potius tres earum familias. Pithici enim (choeropitheco excepto) ei videntur ſimiae proprie dictae ecaudatae; cynocephali papiones; cebi denique ſimiae cauda elongata. Callitriches noſtro videntur familiam ſimiarum caudatarum ſpecioſarum conſtituiſſe. Sub ſatyro credit veteres eandem, quam nos, ſimiam intellexiſſe. Cheoropitheci ſolus ARISTOTELES fecit mentionem. De eius exſiſtentia diu dubitarunt viri docti, iam vero eius exemplum Amſtelodami ſe reperiſſe clariſſ. B. arbitratur. Secundum hoc deſcriptio concinnata iconque expreſſa eſt.

Simia *Porcaria* brevicauda, capite ſuillo, roſtro nudo, corpore fuſco-olivaceo, natibus tectis, unguibus acuminatis.

Χοιροπίθηκος ARISTOT. *hiſt. anim.*

Habitat in Africa.

Dimenſiones totius corporis ſingularumque partium accurate indicantur.

II. I. H. CHEMNIZ, *verb. div. min. Haunienſ.*, p. 23. *de patella, quae in ſyſtemate naturae Linnaeano unguis dicitur, ubi demonſtratur, eam in numerum concharum bivalvium referendam eſſe.* Cum iconn. colorr. Pinnis eam accenſendam pinnamque *unguem* vocandam auctor cenſet **).

*) Cf. praeclara LICHTENSTEINII *commentatio de ſimiarum quorquot veteribus innotuerunt formis*, Hamburg 1791. 8.

**) Cf. noſtrum in *Beſchäftigungen der Berl. Geſellſch. naturforſch. Freunde*, 3. *B. p.* 463. *f.*

p. 33. III. O. F. MÜLLER *catalogus vermium inteſtinalium hucusque detectorum, animalium, in quibus reperti ſunt, auctorumque praeſtantiorum, qui de iis egerunt.* Catalogus accuratiſſime elaboratus, quo de helminthologorum ſtudiis praeclare meruit optimus MÜLLERUS.

p. 87. IV. LOSCHGE, *profeſſ. Erlang., additamentum ad diſſertationem ſuam in parte huius diarii XXI. (N. V.) exſtantem, atque deſcriptio tenthredinis cuiusdam.* Cum iconn. colorr.

p. 97. V. *D.* BERNH. WARTMANN, *poliat. St. Gall., hiſtoria naturalis apis caementariae.* Cum iconn. colorr.

p. 113. VI. *D.* BERNH. WARTMANNI *ulterior relatio de pane piſcium* *). Cum ico... colorr. Auctor cum GIRTANNERO novam ſpongiae ſpeciem eſſe cenſet. GIRTANNERUS hanc cum eo communicavit deſcriptionem:

SPONGIA *friabilis* GIRTANN.

Sp. amorpho-ſubramoſa, ſeſſilis, griſea, friabilis.

Badiaga cinerea. BUXBAUM. *Act. Petropolit. T. II. p.* 344?

Maſſae informes, craſſae, molles, magnis cruſtis obducentes fundum lacuum terreſtrium, fuco minimo GIRTANN. intertextae. *Textura* rigidiſſima, friabili aemulatur *Spongiam fluviatilem*, a qua tamen revera differt, ut et a Spongia lacuſtri LINN. *Color* recenti fulvo-luteus, ſiccatae griſeus. *Odor* recenti teter, piſculentus, combuſtae vix evidenter animalis.

Locus. Lacus Bodamicus.

Subſtantiae intertextae hanc dat GIRTANNERUS deſcriptionem:

FUCUS

*) Vid. ſupra Part. XXI. N. IX.

FUCUS *minimus* GIRTANN.

F. fronde plana, dichotoma, integerrima, lineari, veſiculis nullis.

Habitat in fundo lacus Bodamici, Spongiae friabili intertextus.

Differt ab affinibus, quod fructificationis plane nullum ſit veſtigium, quodque in aquis dulcibus habitet.

SCHREBERUS in nota adiecta monet, ſibi hanc ſubſtantiam a GIRTANNERO pro fuco habitam potius tubulariam videri.

VII. c. *ſymbola ad hiſtoriam hominum maculoſorum.* Deſcribitur infans a parentibus nigris natus in inſula St. Luciae, cuius corpus colore tinctum lacteo aut potius cretaceo maculis nigris adſperſum eſſet. p. 123

VIII. FR. GRILLO *obſervationes ornithologicae, quas auctor variis huius diarii locis motus evulgavit.* De ampelide garrulo: contra BECKMANNUM (P. I. p. 71.) docetur, hanc avem incluſam diu vivere poſſe; qui cibi incluſae dari poſſint; varia de eius oeconomia ſtructuraque, partim contra BOCKIUM (P. XVII.). — De upupa epope: BOCKIUM falſo aſſeruiſſe (P. IX. p. 58.), hanc avem malum ſpargere odorem; panem ei dari poſſe; de etymologia nominis germanici huius avis contra FRISCHIUM. — De otide tarda: cui avi affinis ſit, contra SANDERUM (P. XI. p. 13.) et FRISCHIUM; de eius volatu et captu contra eosdem. — De alcedine iſpida: recte SANDERUM (P. XIII. p. 184.) ſuſpicari, hanc avem in Germania habitare; de nido eius. — De fringilla montifringilla: de eius voce, colore, oeconomia. — De ſturno vulgari maculis albis adſperſo, ad GÖTZII obſervationem (P. XVI.); hoc loco obiter de CONR. GESNERI credulitate; de mutatione coloris roſtrorum nonnullarum avium tempore verno. — De coturnice: de eius reditu annuo ad Berolinum, pennarum mutatione, p. 127.

maculis, voce, ovis hypenemiis, potu etc. — De motacilla gula caerulea (*Blaukehlchen*). — De emberiza ſchoeniclo. — De loxia curviroſtra. — De loxia coccothrauſte. — De fringilla carduelí; vidit noſter annos 23. natam.

p. 145. IX. I. CH. MEINEKE, *verb. div. min. Oberwiederſtädt., de variis rebus e regno minerali.* De ſchiſtis Mansfeldenſibus cuprum nativum tenentibus, ubi obiter de inſtrumentis cupreis veterum Germanorum ibidem effoſſis. De lapide *Paterleſtein* dicto; quis fuerit, noſter non decernit. Typolithi fucorum (phycolithi) in ſchiſtis Mansfeldenſibus. Nautilites. Ichthyotypolithus in ſchiſto Mansfeldenſi. Aëtitae Mansfeldenſes. — Phacites Islebicus, ubi obiter de aëtitis colithicis. Fluor mineralis e Saxonia, ideo notatu dignus, quod cubus maior minorem eumque cavum includit. Turfa e regione Halberſtadtenſi cum caulibus arundinis pyriticis. Quarzum cum turbinitis aliorumque conchyliorum fragmentis, prope Zellerfeld repertum. Oſteolithus gypſeus prope Quedlinburgum repertus. Porphyrius columnaris prope Rochlizium; de vulcanica baſaltae origine auctor dubitat. Ad O. F. MÜLLERI adnotationes de futuris echinorum (huius diarii parte XX.) reſponſio.

p. 167. X. I. S. SCHRÖTER *de nonnullis mineralibus e regno Roſſico.* Variae minerae auri, plumbi, cupri, argenti, zinci, arſenici, hydrargyri, antimonii. Ferrum regulinum Sibiricum: nativum auctori videtur. Cuprum nativum. Sulphur. Silices carneolici.

p. 183. XI. *D.* AUGUSTIN. HAASE, *poliater Langenzenn., de alcali minerali nativo.* Reperit auctor hoc alcali nitro priſmatico puro remiſtum in moenibus Erlangenſibus. Apparet ex hac aliisque ſimilibus obſer-

obſervationibus, quantum errent, qui omnes ſales murarios nitrum impurum ſ. crudum eſſe arbitrantur. De origine illius alcali nihil certi auctor ſtatuit.

III.

Hiſtoria et Commentationes academiae electoralis ſcientiarum et elegantiorum litterarum Theodoro-Palatinae. Vol. IV. Phyſicum. Manhemii, typis academicis CIↃIↃCCLXXX. 4. pagg. 412. Vol. V. CIↃIↃCCLXXXIV. pagg. 406. Vol. VI. CIↃIↃCCXC. pagg. 540. ſine hiſtor. ſociet. et ind. rer. et verbor. quae in hisce tribus voluminibus continentur.

Vol. IV.

I. IOH. IAC. HEMMER *de conductoribus fulminis in Palatinatu erectis.* Praemittuntur prima elementa doctrinae de electricitate, argumentaque pro ſimilitudine materiae electricae atque fulminis, v. c. attrahi a materia fulminis levia corpora; eandem metalla praecipue ſequi; fluida quoque corpora conductores eſſe fulminis; metalla fundi a fulmine; fulmen penetrare et perforare corpora duriſſima; fulmen concutere atque interficere animalia; idem incendere corpora inflammabilia atque odorem ſpargere ſulphureum; fulmen ferro vim impertire magneticam; fulminis materiam denique omnibus experimentis producendis parem eſſe, quae machina electrica ſolent inſtitui. Omnia haec ſimilitudinis inter materiam electricam et fulminis momenta variis obſervationibus, lectu haud indignis, firmantur. Quibus quidem omnibus diligenter expoſitis demonſtratur via ac ratio, qua nubes electricae fiant, et qua p. 21.

haec electrica materies nimium nubibus accumulata, atque inde periculoſa tuto in terram transmitti poteſt. Obiectiones, quae vulgo contra fulminis conductores proferri ſolent, removentur. Denique conductores fulminis indicantur, quae in Palatinatu erecti ſunt, quorum primus fuit Trippſtadienſis, anno 1776. inſtitutus. Hoc exemplum imitatus Sereniſſimus princeps elector omnes ſuae ditionis villas, in quas aut ipſe aut eius uxor ſecedere ſolent, atque omnes turres pulveris igniferi conductoribus munire iuſſit Hemmerum. Poſtea comes de *Riaucour* et L. B. de *Becker*, ſimiles conductores ab *H.* in ſuis aedificiis erigendos curarunt. Quorum omnium rationem accurate deſcribit *H.* rationesque addit, quibus commotus hanc vel illam formam hiſce conductoribus dederit.

p. 87. II. IDEM *de quibusdam fulminibus memoratu dignis.* Primo enarrat mortem puellae XIIX. annos natae, a fulmine ſub piro, ad quam imbris effugiendi cauſa confugerat, enectae. Caput puellae mitra tectum erat lanea, in ea parte, qûae faciem ſpectabat, filo ferreo inſtructa, quod in fronte naſum verſus angulum acutum formabat, cuius latera in temporibus verſus aures reflexa hic terminabantur. E piro in hoc filum ferreum tranſiliit fulmen, totumque conſumſit, ſi octo eius lineas ad aures deſinentis exceperis. Facies illaeſa: ſanguis copioſe e naribus, ore atque auribus profluxit: omnes corporis partes, veſtibus, quae metallo aut ornatus aut neceſſitatis cauſſa inſtructae erant, tectae, ambuſtae erant: veſtes diſciſſae. Vir, qui prope hanc puellam ſub eadem piro ſteterat, incolumis manſerat: animi deliquia ſolum
p. 92. patiebatur. — Fulminis, in ſalicem cadentis, eamque lacerantis, rationem poſtea deſcripſit *H.*

p. 94. III. EIUSDEM *anatome electrophori perpetui.* Nolumus inde excerpere memoratu dignas res, rationem-

tionemque, qua *H.* phaenomena huius machinae electricae explicare ſtuduit. Hoc ſolum monemus, HEMMERUM convenire hac in re cum SOCINO, in cuius *elementis electricitatis* eadem explicandi via tentata eſt.

IV. IDEM *de diuturna paralyſi, electricitatis ope feliciter ſanata.* A refrigerio ortus dolor vehementiſſimus rheumaticus, qui dextrum brachium ita occupabat, ut pileum capite detrahere haud poſſet. Frictionibus hic dolor cedebat, ita tamen, ut in genu atque oſſis ſacri regionem migraret. Malum hoc modo per quadriennium duravit. Quo quidem exacto chirurgi opera eo pervenerat aegrotus, ut pedem, quamquam cum doloribus, paululum movere poſſet. Sed paulo poſt haec mali levatio iterum evanuit, pesque intumuit uſque ad genu ita, ut parum abeſſet, quin tibialia incidi deberent. Vena cum in pede, tum in brachio eiusdem lateris ſecta nullum fundebat ſanguinem, et qui ex utraque apertura exprimebatur, erat ea ſpiſſitudine, ut, quo exceptus erat, vaſculum verti poſſet, nec guttula ſanguinis defflueret. Hic pedis tumor profligatus eſt decocto demulcente. Poſt aliquot ſeptimanas opprimebatur vehementiſſimo ventriculi dolore, et brevi poſt oedematoſa atque igneo rubore ſuffuſa facies, aures rubrae eaeque rigidae, magna in labio inferiore veſicula, perque collum nodi multi exoriebantur. Ab agyrta cuncta haec mala tollebantur quidem, ſed latus ſiniſtrum inſigniter debilitabatur, dolores per illud ſaeviebant, artus tremoribus concutiebantur, brevique brachio atque pede levis tantum motus ſupererat. Mali huius duratio decennium fere explerat. Cum HEMMERUS aegrotum prima vice videret, haec eius erat ratio. Truncus antrorſum valde inclinatus: in humeri cum ſcapula articulo dolores acerbiſſimi: brachium pectori appreſſum ita, ut vix per p. 116.

pollicis diſtantiam moveri poſſet: manus inde a carpo uſque ad digitorum apices tumida, frigida atque livida: digiti omnes verſus volam inflexi, rigidi, nec ſine doloribus vel paululum extendi poterant. Per latera dolor pungens decurrebat uſque ad os ſterni atque reſpirationem difficilem reddebat. Pes penitus obriguerat, ſenſu tamen ſuperſtite, et praeter marcorem a contractione et rigiditate muſculorum pollicem brevior erat altero. Dolorum acerbitas aegroto ſexagenario ne per dimidiam quidem horam ſomnum conceſſit. Succuſſiones electricae adhibitae ſunt, frictionibus partium aegrotarum cum panno laneo praemiſſis, et electriſatione finita, potu theae exhibito. Poſt primam ſtatim electriſationem poterat aegrotus de ſella ſurgere ſolus, et nocte inſecuta per nonnullas horas continuo ſomno eoque placido fruebatur; dolores per brachium ſiniſtrum ſolitis vehementiores. Senſim ſenſimque omnia morbi ſymptomata evanuere, et poſt ſexaginta electriſationes aegrotus poterat ſanitati reſtitutus dimitti. Debilitas quaedam, quae ipſi remanſerat, cum non poſſet, ex *H.* ſententia, electricitate tolli, quippe quae magis debilitet (!!), ad fontem ſoterium Zeizenhauſenſem proficiſcebatur, unde tumidis pedibus redux. Tumor rumpebatur fundebatque largam aquoſi humoris copiam. A morbo autem veteri nulla moleſtia.

p. 139. V. IOA. DAN. FLAD *diſquiſitio, an ſilex pyromachus in cretam mutari poſſit.* Chemicis experimentis demonſtratum ivit auctor, naturae melius reſpondere mollis cretae in durum ſilicem mutationem, quam huius in cretam tranſitum.

p. 180. VI. FR. CASIM. MEDICI *obſervationes botanicae.* Initium facit hiſtoria botanices in Palatinatu inde a fundata ſocietate literaria Theodoro-Palatina, inque ea referuntur, quae a NECKERO, POLLICHIO, SUCKOWIO,

CKOWIO, atque auctore ipso ad botanicen colendam gesta sunt. Horti botanici Manheimensis, Schwetzingensis, Heidelbergensis, Lauternensis atque Dusseldorpiensis multum iuvant studium botanicum. — Quibus expositis describitur PHYSALIS *tomentosa*, *lutea*, *pruinosa*, *turbinata*, omniumque, si luteam exceperis, icones exhibentur. CESTRUM *foetidum*. OCYMI characteres generici: OCYMUM *ceylanicum*, *sericum* cum icone. VITEX *sinuata*, cum imagine.

VII. NECKERI *historia* TUSSILAGINIS *et* PETASITAE, *inserviens phytologiae Palatinatus rhenani, ducatuumque Iuliaci atque Bergensis.* Omittimus ea, quae systema generationis vegetabilium, ab hoc ipso auctore excogitatum, attinent. Ea enim partim adducuntur infra *), partim in dissertatione de muscis **), quae in comment. acad. scient. Manheimensis anni 1768. occurrit, partim in methodo muscorum etc. ad nauseam usque recocta sunt. Sed fuit, cum viveret, ea consuetudine auctor, ut sua ipsius scripta ubique cum laudis commemoratione adduceret, ita, ut *elementa* sua *philosophico-botanica* ipse opus vere classicum vocaret. p. 209.

VIII. FR. CAS. MEDICI *descriptio* LAGERSTRÖMIAE *indicae.* Sub dio floruit in horto Schwezingensi. Plantam primus commemoravit KAEMPFERUS: postea vero descripsit atque icone adumbravit RUMPHIUS. Quae tamen cum non accurate plantam exprimeret, denuo rem clar. MEDICUS aggressus est, hicque suam tempore florescentiae factam descriptionem cum diligenti icone cum lectoribus botanophilis communicavit. Genus, quod SCOPOLI sub hoc nomine constituit in *introductione* sua, a LINNAEANO genere eiusdem nominis differt. p. 252.

IX.

*) Pag. — — —

**) Vid. Comm. Lipsi. Vol. XXII. p. 17 et 730.

p. 259. IX. CHRIST. MAYER *de novis in coelo ſidereo phaenomenis, in ſpecula elector. Palatina Manhemii obſervatis.* Detexit vir clar., ad auſtrum vix fulgere ſtellam inſigniorem, quin uno pluribusve ſtellulis comitibus poſitione proximis ſtipetur. De una ſtellula, Arcturi comite, obſervationem ſimilem ſubminiſtravit de la LANDE; de Sirio autem, Procyone, Regulo aliisque multis ſtellis inſignioribus, ſimili comitatu ſtipatis altum apud ipſum ſilentium. — *Alterum* phaenomenon eſt: multas repente novas ſtellulas minimas prope maiores enatas emergere, quarum aliquae obſervatae ſunt ſub initium apparitionis valde debiles lumine pallido emicare, alias iam vividiore luce renitere. — *Tertium* phaenomenon eſt: huius generis ſtellulas quasdam pallido inprimis lumine ſe primum exhibuiſſe, quae poſt plurium menſium intervallum viſae ſunt praeclara luce, eaque tranquilla clareſcere, ſuaque adparente magnitudine augeri. *Quarto* detexit apparentem mutationem diſtantiae et variationem aſcenſionis rectae ac declinationis inter ſtellam eiusque comitem. *Quinto*, ſtellas complures inſigniores, quarum prae ceteris maior eſt motus proprius, longe maiori quoque ſtipari comitum horum numero, eandem proxime parallelum decurrentium. *Sexto*, ſtellulis duplicibus praeſertim novis complures alias ſtellulas valde vicinas lumine plerumque palleſcente ancillari.

p. 385. X. FRID. AD. WIDDERI *diſſertatio mathematica de peculiari ſpeculorum cauſticorum genere, quo virgines quondam veſtales uſae ſunt.*

Vol. V.

p. 19. I. *Commentar.* NOEL. IOS. de NECKER *de fecundatione, de ſemine aliisque quibusdam, quae ad fructificationem pertinent, partibus.* BONNETI et KOELREUTERI experimenta, atque ſententias de fructificatione,

cationе, illis experimentis veluti fundamento ſuperſtructas, exponit, expoſitisque ſuas addit. Fructificationem includere quinque ſubſtantias, quae ad eius eſſentiam ſint maxime neceſſariae, lympham fecundantem, vehiculum, materiam lubrificantem, ſemen, compendium plantae per ſe vitale ſ. animatum. (Nos non videmus, quomodo hae ſubſtantiae fructificationis eſſentiam conſtituere, nec tamen in omni planta adeſſe poſſint, ſemina fecunda proferente, quod in ſequentibus ipſe contendit Cl. auctor). — *Lympham fecundantem* eſſe fluidum activum et unicum vivificationis inſtrumentum, ab initio natura opacum, conſiſtentiae grumoſae, dein plane liquidum atque pellucidum, nec niſi tunc aptum ad fecundationem producendam. Inter qualitates eius, quibus ab omnibus aliis plantarum fluidis diſtinguatur, eſſe hanc, qua ſeminum germen ſub ipſo fecundationis actu ita penetret, ut nova exoriatur planta. — *Vehiculum* eſſe fluidum, quod ex interiore ſtyli et ſtigmatis parte exſudet, pollinis globulorum rupturae faveat, cuiusque beneficio lympha fecundans uſque ad interiora ſeminum germinis transmittatur. — *Materiam lubrificantem* eſſe fluidum viſcoſum, cuius facultate compendia plantae per ſe animata convenienter flexibilia ſerventur, uſque dum tenerae ipſorum partes ultimum incrementi terminum attigerint. — *Semen* conſtituere plantam praeformatam atque in compendium redactam, ex unico ſeu e duobus lobulis carnoſis, plumula ac radicula praecipue compoſitam, ab initio natura gelatinoſam, dein ſolidam germinantem atque ſeſe evolventem. „Exterior germinis ſeminum impraegnatione lymphae fecundantis alienae ita permutatur, ut evoluta planta ad marem plane retroagatur.“ (Quam quidem notionem, etſi accuratam atque praeciſam habeat auctor, tamen non poſſumus non a contrariis ſtare partibus).

p. 26.

p. 27.

p. 30.

tibus). — *Compendium per ſe vitale* eſſe plantam praeformatam, in compendium redactam, e plumula atque radicula conſtantem, ab initio natura mucoſam, deinde ſolidam, ſeſe abſque ullo lymphae fe-
p. 35. cundantis auxilio evolventem. — Nec microſcopio in detegendis partibus fructificationis plantarum cryptogamicarum, nec inventis MICHELI, MARATTI, HILLII, MOESII, SCHREBERI, KÖLREUTERI atque HEDWIGII ullam fidem eſſe habendam. Contra hunc inprimis arma movit, ſed ita, ut invidiam animumque iratum adeoque ad vera videndum ineptum facile agnoſcas. Faſtidium movet, laudationem ſuorum commentariorum quavis pagina bis terve repetitam legere, adductis in contemtionem omnibus obſervationibus, quae ab adverſariis, viris eruditis, de plantarum phyſiologia bene meritiſſimis, et fide dignis, factae atque publice commemoratae ſunt.

p. 44. II. EIUSDEM *cogitationes de ſyſtemate ſexuali* LINNAEI. Praecipue hoc egit hoc commentario illuſtr. de *N.* ut probaret, Linnaeum numero, figurae, ſitui atque proportioni omnium fructificationis partium, tanquam totidem principiis, ſuum ſyſtema ſuperſtruxiſſe. Haec diſſertatio, quae anno CIↃIↃCCLXX. inchoata, octo annis poſt abſoluta, annis CIↃIↃCCLXXX et LXXXI. in conſeſſibus academiae praelecta fuit, cum *elementis botanicis*, ad quorum intelligentiam inprimis faceret, in publicum emiſſa eſt. — Plura exempla adducit, quae inſufficientiam ſyſtematis LINN. probare debent. Contendit, plantas a LINNAEO in alias claſſes reiectas eſſe, quam quae ipſis e ſexualis ſyſtematis principiis conveniant, adeoque tyrones omninoque botanices amatores perturbari, cum locum plantae ſecundum illud ſyſtema invenire debeant. Hoc accidere cum VERBENA *ſpuria* et *nodiflora*, cum VALERIANA *rubra*, *calcitrapa*, *cornu copiae*, *ſupina* et *ſibirica*, cum LYTHRO *thymi-*

thymifolio, *parſonſia*, *lineari*, *hyſſopifolio*, *fruticoſo* et *melanio*, cum PHYTOLACCA, PETIVERIA, RIVINIA octandris, aliisque pluribus, quas commemorare haud lubet. — Magnam diverſitatem partium fructificationis, in palmis conſpicuam, cauſſam fuiſſe, quod Linnaeus eas in unam eandemque claſſem referre haud potuerit. *Linnaeum* e RHYNANTHO, MELAMPYRO et EUPHRASIA tria feciſſe genera, quoniam in fructibus earum parvam obſervaverit diverſitatem: eundem vero ſeparationem LINARIAE Linn. AZARINAE Tournef. et ELATINES Dillen. neglexiſſe, in quibus tamen eadem fructus diverſitas occurrat. p. 51.

— Cenſura NECKERI, qua Linnaeum ſyſtematis naturae auctorem perſtringit, non in plantis exſatiata conſiſtit, ſed et ſyſtema animalium eiusdem viri ſummi dente rodit livido. Reprehendit Linnaeum inter alia etiam propterea, quod hominem collocaverit inter quadrupeda. p. 56.

III. COLLINI *de zoolithis quibusdam, in muſeo hiſtoriae naturalis Electoris Palatini, quod Manhemii eſt, ſervatis.* Praeter ſceletum integrum animalis incerti, dentes, mandibulae, oſſaque alia deſcribuntur, figurisque aeneis exprimuntur. p. 58.

IV. IDEM *de transmutationibus corporum e regno minerali petitorum.* Globum terraqueum ex una tantum formatum eſſe materia, quae ita comparata ſit, ut partim diverſa corpora, ad eſſentiam globi huius pertinentia, ex ea, naturae omnium rerum, quae ipſum animare atque frequentare debent, accommodata, originem ſumere poſſint, partim ſub multis formis reproduci, variasque modificationes, quae ipſius augeant virtutes, ſubire queat. — Aquam ipſam ab hac materia univerſali, in principia redacta ſua, produci. — Non finiri poſſe, an materia illa primigenia in terra quadam aut lapide cognito lateat, nec ne. — De principio, cryſtalliſationem corporum iuvante. p. 104.

De

p. 122. De decompoſitione corporum. Quibus expoſitis varia transmutationum exempla proferuntur.

p. 150. V. IO. IAC. HEMMER *de animalibus fulmine tactis haud lethali.* Inter exempla huc pertinentia breviter commemoratur FRACASTORIUS, qui in ipſo amplexu matris, Martiae, a fulmine interemtae, incolumis manſit, et huius facti teſtis laudatur, bone Deus! PLINIUS hiſt. nat. II. 51. Quid? Fracaſtorius et Plinius fuere coaetanei? In illo loco, c. 52. Plinius narrat, Marciam, nobilis Romani uxorem, gravidam, a fulmine tactam, fetu exanimato, incolumem reſtitiſſe. — Miles, qui in itinere, ut ſeſe tempeſtati exortae ſubduceret, ſub arborem (*Bellenbaum* vocatur ab auctore) confugerat, a fulmine humi proſtratus, exanimis iacebat. Sed auxiliis tempeſtive et feliciter adhibitis in vitam revocatus eſt. Fulmen ab arbore in fibulam, qua collare adſtringi ſolet, tranſiit, eamque variis in locis fudit. Collum iis in locis, quae fuſis fibulae partibus ſubiecta erant, vulneratum: inde fulmen bipartitum per utrumque brachium procurrebat uſque ad orbiculos metallicos, quibus induſium in carpo colligatum erat. Dextro humero vulnus inflictum erat, cuius diameter pollicem dimidium aequabat, unde alius radius verſus claviculam tendebat, ubi diviſus per pectoris ſuperficiem diſcurrebat. Abdomen ab omni laeſione liberum: in laevo femore, quod gladius tangebat, fugillatio apparebat. Veſtes ſartae tectae. Ex auribus ſanguis profluebat, auditusque aliquamdiu ſuppreſſus: manuum paralyſis, quae quinque diebus poſt denuo ceſſit: de pectoris oppreſſione denique conquerebatur paululum miles.

p. 158. VI. EIUSDEM *experimenta electrica, cum animalibus gravidis inſtituta*, ut vis materiae electricae in fetum cognoſceretur. Initium experimentorum ſuppe-

ſuppeditavit canis, ante dies octo impraegnata. Hanc balneo electrico per horam dimidiam immiſit, viditque pondus ipſius per electriſationem granis XIV. imminutum. Per menſem continuata electriſatione canis ſatis bene valebat cum foetu: ſed poſtea (d. XI. Novembris) a cibo abſtinebat, inquieta erat, urinam reddebat ſaepiſſime, et prae languore ſemper cubabat. Inſequenti die aeſtu vehementi laborabat, lingua propendente, ſaepe concutiebat caput, interdumque ſaltu eximio ſeſe proripuit. Allatrabat omnes, qui vel ipſi olim optime cogniti fuerant: adſpectu torvo atque truci erat. nec oleum lini infuſum deglutiebat: paulo poſt, fune, quo alligata erat, diſciſſo, mortua reperiebatur. Sectione inſtituta, omnia cerebri vaſa ſanguifera tumida, ventriculum cum inteſtinis valida inflammatione adfectum, cor, quod, ſi apicem exceperis, cum pericardio totum concreverat, nigris maculis conſperſum: ſanguinem dextro ventriculo contentum ſpumoſum atque fluidiſſimum: cetera viſcera ſana: catulos foetus minores, quam pro graviditatis tempore eſſe debebant, inveniebat Cl. auctor. — Alia canis, quae poſt tertium decimum impraegnationis diem electrico balneo, eadem hora, eademque duratione, immittebatur, ſana manſit, ſanosque ac vegetos excluſit foetus.

VII. GEO. ADPH. SUCKOW *experimenta de diverſis aëris diverſi in vegetatione effectibus, deque aëre, a vegetabilibus exhalato.* p. 166. Quae quidem diſſertatio in varias ſectiones diviſa eſt, quarum *prima* de effectibus diverſi aëris in germinis evolutionem agit. Aër per antliam pneumaticam extenuatus retinebat germinationem ſeminum Lepidii ſativi LINN. uſque ad ſextum diem, quo experimentum finiebatur, dum alia ſemina eiusdem plantae libero aëri expoſita intra triduum laete progerminabant. Alia Lepidii ſemina immittebantur terrae aqua madefactae, vitroque incluſae,

cuius orificium poſtea veſica ſuilla humida arcte claudebatur. Utprimum germina ſeminum protrudebantur, veſica in vitri cavitatem retrahi videbatur, idque eo magis, quo laetior vegetatio erat. Haec ubi ad certos terminos pervenerat, plantulae languebant atque moriebantur. Eadem aëris imminutio accidebat, cum oſtio vitri, in quo ſemina germinare debebant, tubulus vitreus, cuius forma literae S ſimilis erat, ita adaptaretur, ut aëri atmoſphaerico nullus ad ſemina intus germinantia eſſet aditus, tubulique huius orificium vaſi mercurio pleno immitteretur. Alia experimenta, idem efficientia, ſilentio praeterimus. Aër, in quo plantulae, praecluſo aëre atmoſphaerico, creverant, valde phlogiſticatus erat. Aër nitroſus, fixus, vitriolicus atque alcalinus germina omni vegetandi vi penitus privant, cum contra ea phlogiſticatus, inflammabilis, dephlogiſticatus atque muriaticus germina haud laedunt, atque ad vegetationem omni-
p. 173. no inepta reddunt. — Sectio *ſecunda* de aëre agit, quem plantae ſine ſingulari ſolis influxu exhalant. Is vero ſolet ſemper phlogiſto onuſtus eſſe. Sectio *tertia* eundem aërem conſiderat, quando plantae in ſo-
p. 196. le ponuntur. Hunc aërem non ex aqua, ſed e foliis aliisque plantarum partibus, ſi flores, fructus atque radices exceperis, evolvi: arbores plantasque non omnes eandem aëris dephlogiſticati et quantitatem et qualitatem offerre: nam alias diebus nubilis ſub minimo ſolis influxu aërem puriſſimum exhibere, cum aliae continuo ſole opus habeant ad eundem aërem evolvendum; ad poſteriores *Robiniam* pſeudo — acaciam, *Elaeagnum* ſpinoſam, *Dracocephalum* ſpinoſam, *Rutam*, *Hypericum* hircinum, *Lemnam* minorem aliasque pertinere, quae, ubi aliae plantae ſatis purum aërem exhiberent, valde phlogiſticatum emiſerint: evolutionem aëris dephlogiſticati pendere a vita vegetabili, quae radiis ſolis iuvetur: eum enim aërem,

qui

qui vaſis plantarum contineatur, nondum eſſe dephlogiſticatum. Hunc igitur aërem originem ſumere ſuam ex illo aëre, qui partim a radicibus, partim a foliis ex aëre ambiente adſumtus, et phlogiſto ſuo, ad nutritionem plantae adhibito, orbatus, tanquam ſuperfluam partem a foliorum ſuperficie iterum emiſſus ſit. Radios ſolares non calore ſuo, ſed facultate incognita adhuc evolutionem et ſecretionem huius aëris iuvare. Plantas cryptogamicas, quae non in aqua vivant, aërem dephlogiſticatum edere nullum.

VIII. IO. W. WALLOTI *obſervationes de tranſitu Mercurii ante diſcum ſolis* d. XII. Nov. CIↃIↃCCLXXXII. *in obſervatorio regio factae.* p. 201.

IX. IO. I. HEMMER *de fulminis ictibus in campanas, quae pulſantur, ubi electricitas nubium ac fulminis theoria nova et uberiore luce perfunduntur.* Ut in ea re certi quid ſtatuere queat auctor, praemittit generalia quaedam de materia electrica, eiusque facultatibus, effataque experimentis corroborare ſtudet. Quae cum omnibus nota ſint, poterat iis adferendis ſupersedere auctor. Nos ea excerpamus, quae ad nubium et fulminis theoriam *novam* pertineant. Non exiguam electricitatis vim in aëre telluri circumfuſo per omnes anni tempeſtates diu noctuque (?) exſiſtere: aërem calidum plus materiae electricae abſorbere, quam frigidum: electricitatem aëris aliam *abſolutam* eſſe, h. e. talem, quae certa quadam aëris maſſa contineatur, aliam *ſenſibilem* ſ. *apparentem*, h. e. quae vim in vicina corpora exſerat, electricitatem ſeu attractionis et repulſionis viribus, ſeu communicatione gignendi: priorem non ſemper eandem eſſe, modo enim aërem maiorem huius materiae quantitatem pro maiore caloris gradu aliisque de cauſis abſorbere, modo plus per pluvias, rorem etc. deponi: poſteriorem ſ. ſenſibilem electricitatem augeri minuique etiam poſſe manente abſoluta eadem. Vehiculum electricitatis at- p. 237.

moſphaericae eſſe vapores aqueos aëri inhaerentes, qui, quo altius elevantur, eo maiorem haurient electricitatem: haurire vero maximam, ſi contigerit iis regionem oceani electrici attingere. Quos vapores ſi ingens et ſubitum frigus condenſaverit, ingenti
p. 264. electricitatis vi foetos eſſe debere. Nubes et nebulas omnes (?) poſitiva electricitate impraegnatas eſſe, et omnia phaenomena electrometri, ſeu poſitiva, ſeu negativa fuerint, e ſolis nubibus poſitivis repeti poſſe
p. 271. atque debere. — Capite ſecundo inquirit auctor, an aeris campani pulſatio ad tempeſtates depellendas natura ſua aliquid efficiat. Campanarum agitatione neque ventum in aëre excitari, praetereunti nubi fulmineae aut dividendae aut diſpellendae parem, neque habitum atmoſphaerae quoad calorem humiditatemvi mutari ita, ut vim fulminis evertere aut minuere queat, adeoque pulſationi aeris campani nihil a natura ineſſe, quod ad tempeſtatum diſſipationem facere
p. 274. poſſit. — Caput tertium exponit, quem nexum habeat cum avertendis tempeſtatibus benedictio, qua eccleſia campanas conſecrare ſolet. Inepti nihil nec ſuperſtitioſi ineſſe uſui, campanas ingruente tempeſtate pulſandi: ſed utilitatem pendere non a vi quadam campanis conſecratis inhaerente, ſed tribuendam eſſe precibus fidelium eccleſiae. Campanas tamen diu pulſare durante tempeſtate, rem periculi pleniſſi-
p. 281. mam eſſe. Caput quartum inquirit, an rationibus phyſicis probari poſſit, proniora fulmina ad campanas pulſatas delabi debere. Refutatis argumentis Arbuthnoti et Herberti, quibus id evincere conati ſunt, ſuam ſententiam cl. Auct. proponit, quae huc redit: campanas, dum diutius pulſantur, incaleſcere, hocque calore effici, ut electricum fluidum minori vi ipſis inhaereat, adeoque facilius novo huius generis fluido, ingreſſum molienti cedat. Hoc calore cum et lamina illa aëris craſſior, quae ſuperficiei corporum inſidet,

insidet, extenuetur, etiam hinc ingressus istic expeditior redditur. Quodsi igitur campanae ex longiore pulsatione calenti atmosphaera nubis redundans incubuerit, erit, ut fulmen ex hac in illam, maiore vi prolectum, ac minore retentum, multo facilius et densius se infundat. Experimenta, ad hanc sententiam corroborandam apte excogitata, ostenderunt, calorem ultra decimum thermometri Reaum. gradum auctum scintillae electricae cursum immutare posse.

X. IDEM *enumerat conductores fulminis, quos superiore quinquennio variis locis erexit.* Hac occasione defendit auctor cuspides conductorum fulminis laterales contra LAUR. HÜBNERUM, qui eas superfluas esse pronuntiaverat. Putat contra ea H., cuspides, recta nubi electricae oppositas, fortius huic detrahere materiam electricam, quam obliquas. Igitur non sufficere unam cuspidem perpendicularem, quando nubes electricae a latere advenerint. Alias contra easdem cuspides horizontales attulit rationes IO. NEOP. FISCHER *), quas h. l. cl. H. refutare studet. 1) „Si pertica, conductoris pluribus cuspidibus armata est, fieri potest, ut harum singulae fulmen ad se eodem tempore trahant, tum vero conductor non facile omnem ingressae materiae vim capiat, ac in tellurem transfundat, adeoque id, quod redundat, lugubria damna reactione creet sua.“ H. negat, fulmen unquam in plures cuspides unius eiusdemque conductoris simul incidisse: et si id fieret, maius inde nullum enasci periculum, quam si in tritonem aut crucem ferream, turri insidentem, in virgam aut laminam metallicam, fastigio aedificii superinductam, aut in aliam eminentem aedificii partem, cum con- p. 295.

 ductore

*) Vid. eius *Beweis, dass das Glockenläuten bei Gewittern mehr schädlich als nützlich sey.* Münch. 784.

ductore ferro iunctam, fulmen inciderit. 2) „Fulmen in suo ex conductore metallico in aquam aut terram transitu semper impedimentum aliquod, fere inevitabile, reperit, quod ubi fiat, ceterorum instar fluidorum, partem materiae suae quaquaversum diffundere conabitur. Quam diffusionem iuvari ait cuspidibus horizontalibus, e quibus stagnans pauliſper materia electrica sese in proximas aedium partes exoneratura sit.“ Hanc rationem nihil valere, si conductores apta ratione in terram humidam aut in ipsam aquam demergantur. Sed sumta hac stagnatione fluidi electrici, nonne utilitatem tunc praebebunt hae cuspides laterales, e quibus placida electricae materiae effusio et dispersio per aërem humidum ambientem locum habere poterunt longe facilius quam si conductor una tantum cuspide instructus, ubique bene politus omnique acie privatus est. 3) „Cuspidum horizontalium interventu fulmina a latere irruentia hauriri, haec opinio contra theoriam pugnat, nata probabiliter in cerebro, quod eo momento, quo illam pullavit, remotarum nubium foetarum apparente humili statione delusum non reputavit, fulminis sedem fere nunquam minus 2000 pedibus supra tellurem esse elatam.“ Quomodo haec Hemmeriana de conductorum lateralium utilitate opinio contra theoriam pugnet, non est ostensum. Sed de altitudine nubium electricarum, *nunquam* 2000 pedibus minori, certo falsus est FISCHERUS.

p. 321. XI. EIUSDEM *variae curationes electricae.* Neque flatu, neque scintillis concutientibus electricitatem corpori aegroto admovet, sed scintillas simplices prolicit, quae tamen tantam vim habere dicuntur, ut succussui e lagena mediocris magnitudinis educto similes sint. Contra CAVALLOUM contendit, in validiore electricitate remedium plerumque inveniri praesens et promtum, in leniore languidum vel plane nullum.

nullum. — Morbi, contra quos electricitate uſus eſt, ſunt vero hi: 1) *febres intermittentes.* Puella XXVI. annis nata, febre ex vehementi ira correpta, per dimidium iam annum laborabat. Antea, quam hic morbus eruperat, violenti aegrotam ſpaſmi corripuere, e quibus forte menſtrua quoque ſuppreſſa erant. Quae quamquam iterum fluere coeperunt, tamen ordinem ſervabant nullum, et ſub electricae curationis initium plane ceſſaverant. Dolores appropinquante febre graviſſimi in utroque latere, nec multo mitiores in dextro genu, hinc ſaepe ad ipſos uſque pedis digitos diffuſi. Abdomen valde tenſum et elatum. Ventriculus debilis variorumque ciborum impatiens. Spaſmi primi ceſſere electricitati. Die quarto tumor abdominis omnino ſubſedit: eodemque die ventriculus tantum roboris receperat, ut et eos, quos antea cibos ferre haud poterat, concoqueret. Acuti dolores, qui ſedem in certis corporis partibus fixerant, fugati inde in alias atque alias partes migrabant, tandemque penitus evaneſcebant. Die ſexto eo ipſo temporis momento electricitas adhibita fuit, quo aegrota accedentis frigoris prima indicia perſentiſcebat. Quod ita electriſatione per dimidiam horam producta ſuppreſſum eſt, ut vellicaret tantum, et neutiquam concuteret aegrotam; ſed ceſſante electricae materiae influxu erupit maxima vi. Duodecimo die menſtrua denuo eruperunt, febre perdurante. Electricitatis, per XVI. dies adhuc continuatae, uſus itineris ſuſcepti cauſſa intermiſſus eſt. Menſtrua tamen ſolito tempore redibant, dieque profluvii huius ſecundo febris ceſſabat. — Quotidie ſudorem copioſum, ſaepius et alvum movit electricitas. — Puella ſexennis ultra annum integrum febre, primum tertiana, dein quotidiana, laborabat: abdomen ultra modum inflatum durumque: ſanguis e naribus fere quotidie copioſus fluebat: tumor inſignis in ar-

tuum genieulis: totum denique corpus lenta tabe conſumi videbatur. Omnibus artis praeſidiis incaſſum adhibitis ad electricitatem confugiebatur, quae tam felici ſucceſſu adhibita fuit, ut primo ſtatim die febris, et altero mane ſanguinis e naribus profluvium ſiſterentur. Secundo, quarto, ſeptimo octavoque die febris quidem redibat, debilior tamen et citior ſolito. Die nono abdomen plane detumuerat. Die XVI, cum iam per octiduum nullum neque febris, neque ſanguinis e naribus manantis indicium appareret, electriſatio ceſſavit Interim et artuum genicula a tumore ſenſim liberabantur, atque corpus aegrotae ita adolevit, ut, qui eam intra menſem non viderant, eam haud noſcerent. — 2) *Angina ſeroſa.* Poſt duplicem electriſationem penitus diſcuſſa. 3) *Arthritis.* Vir XL. annorum ultra quinque menſes hoc morbo afflictus, pedem utrumque extremum et manum dextram una cum vehementiſſimis doloribus inſigni tumore deformem habebat. A machina prima vice amotus aegrotae manus digitos, rigidos ante atque inflexibiles, facile ac ſine moleſtia contrahere poterat. Duobus ſequentibus diebus notabile etiam in pedibus levamen ſentiebat. Reverſus tamen ad machinam neutiquam eſt, ſeu ſcintillarum electricarum impatiens, ſeu a thermis, quas petebat, ſalutem ſperans ſuam. 4. *Cephalalgia.* 5. *Gravedo.* 6. *Odontalgia.* 7. *Dolores oſteocopi.* 8. *Pruritus* pedum fere intolerabilis electricitati quater adhibitae ceſſit. 9. *Rheumatiſmus.* Sedecim curationes felicitiſſimae. 10. *Amblyopia.* Vir L. annorum, cui e longo iam tempore viſus admodum obſcurus, alia de cauſſa electricitate utebatur. A machina remotus omnia ſeſe diſtinctius videre, nubem quaſi de oculo detractam aſſerebat. Quae viſus claritas, bis adhuc repetita electriſatione, aucta fuit. 11. *Cophoſis.* In tribus aegrotis tentata, duobus ſpem fecerat recuperandi

randi auditum, quae tamen, cum aegroti ad machinam redire recuſarent, intercepta fuit. Tertius feliciori uſus ſucceſſu. Is enim a gravi ophthalmia, qua per menſes duo et dimidium laboraverat, liberatus ita obſurduit, ut vix graviſſimos perciperet ſonitus. Ex huius capite calantica plumbea tecto, ne capilli electricam diſſiparent materiam, ſcintillas fortiſſimas proliciebat H. Inde multum aegrotus ſudavit. Poſt tertiam electriſationem noctu ſudore totus diffluebat, ſubitoque fragore in auribus percepto conticuit ſtrepitus ille continuus, qui antea in auribus percipiebatur. Tranquillo poſthaec ſomno fruebatur, a quo expergefactus homines in vicino cubili colloquentes diſtincte audivit. Poſt tres annos huius curationis efficaciae nihil detractum fuit. 12. *Paralyſis.* Iuvenis XXVI. annorum, qui a multo tempore erat pectore affecto, intra anni ſpatium tribus vicibus ſubitum rigorem in pede ſiniſtro paſſus eſt, brevi tamen iterum ſolo pedis uſu diſſipatum. Tandem paralyſis ſiniſtrum brachium pedemque omni uſu privavit. Veſicatoria adhibita intra ſeptem hebdomadum ſpatium hoc effecerant, ut aegrotus baculo innixus pedem trahere, quamvis aegre, poſſet. Brachium vero omni motu voluntario carebat. Menſibus duobus poſt morbi acceſſum elapſis machinae electricae admovebatur. Poſt primam electriſationem lecto impoſitus percipiebat, ut primum incaluerat, in utroque membro affecto ſenſum tanquam a formicis ſub cute reptitantibus, atque paulo poſt ſudor erumpebat, totam noctem perdurans. Altero die ſenſus hic multo maior. Die tertio nonnihil virium in brachio ſentiebat aegrotus, digitique manus nocte inſequente, cum incaluiſſent, ſponte aliquantum diducebantur. Die ſexto multum roboris pedi acceſſerat, et inſecuta nocte brachium totum parum attollere poterat. Die ſeptimo primus in brachio

paralytico ſudor. Die decimo quarto aeger idem brachium ſub electriſatione, ſine ullo manus ſanae auxilio, libere motitavit. Qui motus diebus inſequentibus liberior ſudorque copiósior. Die vicesimo quarto ad caput uſque fere brachium attollere poterat, in pede vero tantas vires acquiſiverat, ut, motus quidem quamquam impeditus adhuc erat, tamen greſſu firmo uteretur. Huc cum curatio proceſſiſſet, inſcio HEMMERO, ad thermas profectus eſt aegrotus. — Duo alii aegroti levati ſunt electriſatione, ſed non penitus reſtituti, quoniam citius, quam par erat, ab electrica machina recedebant. — 13. p. 338. *Stupor.* Huic morbo femina XXXVI. annorum diu ſubiecta demum remedium contra illum in electricitate invenit. Hac enim quoties utebatur, malum ceſſit quidem, ſed non funditus fugatum eſt, quoniam aegra continuam curationem ſubire nolebat, contenta quiete, qua poſt unam alteramve electriſationem per plures ſaepe menſes fruebatur. — 14. *Epilepſia* imperfecta. Iuvenis XIIX. annorum a multo inde tempore per periodos convulſionibus in latere ſiniſtro corripiebatur, quae a capite incipientes ad extremum uſque pedem ſeſe diffundebant, atque tanta erant vehementia, ut aegrotus animo linqueretur. Duarum hebdomadum electriſatio morbum penitus ſuſtulit. Eius tamen reditum cum metueret iuvenis, per plures menſes ad machinam electricam per intervalla acceſſit. Tandem inde a dimidio anno electricitatis uſu penitus depoſito liber a malo priſtino manſit. 15. *Spaſmus.* 16. *Fluxus* menſtruus in tribus feminis revocatus feliciter eſt electricitate. 17. *Haemorrhagia.* Quamquam excretiones plerumque ſub electricitatis uſu largius fluant, tamen ſunt et corpora, in quibus contrarium accidit. Menſtruus fluxus v. c. in femina quadam a prima electrica ſcintilla ſupprimebatur. Viro alvus conſtanter electricitate

ſtricitate adſtringebatur. 18. *Maraſmus* partialis. 19. *Phyſconia.* Puella XXVI. annorum, inopinata p. 340.
matris morte terrefacta, ſuppreſſisque inde menſtruis, in febrim incidit, quae inter mala alia etiam abdominis ingentem tumorem produxit. Hic altero poſt coeptam electriſationem die molleſcere atque ſubſidere coepit, dieque quinto penitus evanuit — Puella XXV. annorum a febre ingentem abdominis lumborumque tumorem, magnam ſpiritus anguſtiam ac ventriculi debilitatem tantam retinuit, ut praeter iuſculum vix quid quam aliud ferret. Omnia haec mala quatuor vicibus electricitate adhibita depulſa ſunt. — Duo alia exempla breviter commemorata, optime probant electricae materiae vim contra hunc morbum. 20. *Rhachitis* — Poſt haec, coronidis quaſi loco, adiiciuntur quatuor electricae curationes, quarum duae paralyſibus fruſtra adhibitae, tertia alterius auris tinnitum tollere ſtudens nihil effecit, quarta denique rheuma graviſſimum a refrigerio ortum neutiquam tollere potuit.

XII. D. W. NEBELII *deſcriptio atque ſectio ana-* p. 345.
tomica infantis trimeſtris ſine veſica urinaria nati, cuius infima abdominis pars male conformata erat. Infra umbilicum umbilicalem ad ſemipollicem circiter, conſpiciebatur maſſa quaedam informis, ſpongioſa quaſi, quae figuram habebat oblongam, convexo complanatam. Diameter maior baſeos huius maſſae erat circiter X linearum, minor ſeptem, altitudo trium. Crudam quaſi carnem referebat, multis papillis obſitum, hinc inde guttulis ſanguineis madidam: in utroque latere huius maſſae una papilla paulo maior elatiorque erat. Paulo magis verſus inferiora et anteriora in utroque latere prominebant duo tubera maiora, oblonga, quorum crura inferiora magis elevata, ſuperiora aliquatenus inflexa erant verſus modo commemoratam maſſam ſpongioſam, cute non decolori,

lori, communi corporis velamento teſta. Infra haec, paulo magis verſus anteriora pubis prominebant duo multo minora tubercula ſana, nec decolori cute circumdata, ſub quibus medio loco conſpiciebatur rima exilis, nullis cincta eminentiis valleculisque, anguſta adeo et brevis, ut vix obſervaretur, quam genitalium fiſſuram credidit N. In ano quoque prolapſum intestini recti obſervavit. Per corpus ſpongioſum et crudae carni ſimile antea deſcriptum, quod ſtatim infra umbilicum haerebat, ſanguis transſudabat, ex eodem quoque urinam exire ſuſpicio erat, quia lintea eo ſolummodo in loco urina madida erant, quo illud corpus ſpongioſum contegebant. — Quae in cadavere reperiebantur, erant haec: Duae papillae maiores, in corporis ſpongioſi, infra umbilicum haerentis, lateribus ſitae, perviae erant; etiam per rimam illam poterat ſtylus intromitti. Inteſtinum rectum ad pollicem et ultra prolapſum erat. Tubercula bina maiora, nec non minora e mera adipe conſtabant. Vaſa meſeraica atque brevia ſtagnante ſanguine referta erant, glandulae vero meſeraicae induratae. Veſica urinaria nulla: ureteres iuſto ampliores e renibus immediate in deformem ſub umbilicum ſitam maſſam deſinebant. Arteriae emulgentes valde erant exiguae. Pelvis renum atque tubuli a BELLINO dicti admodum magni. — Expoſita hac hiſtoria aliae commemorantur, in quibus mala aderat partium uropoeeticarum conformatio, in ſcriptis anatomicorum et obſervatorum occurrentes.

p. 355. XIII. GE. ADPH. SUCKOW *deſcriptio calamitarum*, in ſtratis lithanthracum Dutweilerienſium in ditione Sarapontana occurrentium.

p. 364. XIV. COLLINI *de Tarantismo* A Rever. MINASI accepit, araneas iſtas, quarum morſibus tarantiſmus vulgo tribuitur, non eſſe venenoſas. Is enim multa cum iis inſtituit experimenta, quorum ſum-

ſummam expoſuit in notis ad THOMAE NICOLAI Aquinatis *) poëma *de deliciis Tarentinis*. Is quoque morſus eſt, nec inde detrimenti quid cepit. Ab eodem viro accepit clar. *C* etiam *Lezioni accademiche ſulla Tarantola, overo Falangio di Puglia* Doctoris SERAO, unde ſumſit, quae hic de hisce araneis, et qui ipſarum morſibus adſcribitur, morbo exponuntur. — Symptomata tarantiſmi non ſunt ſemper eadem. Alii plorant, alii rident, alii de frigore, de calore alii conqueruntur: nonnulli clamant, nonnulli taciturni atque triſtes ſedent: hi continuo ſomno quaſi ſepulti iacent, illi ſomno plane carent. Alii ſaltant contorquentque membra modo maxime mirando; alii ſtupidi atque imbecilles ſunt. Sunt, qui ſe in mare praecipites ſaltandi cauſſa dent; hi brachia ſua mordent, illis colores placent aut virides aut rubri, etc. Morbus aeſtate ſemper apparet inter homines de plebe. Nulla offenduntur morſus indicia. Sunt, qui hoc morbo quotannis eadem anni viciſſitudine per annorum X uſque ad XXX ſeriem afficiantur: et quod maximopere mirum videri debet, ſunt, quos morbus eodem quotannis die opprimat. Ex hac ſymptomatum ratione colligitur, malum hoc ex imaginationis vitio tanquam e fonte derivandum, atque adeo hypochondriacis atque hyſtericis hominibus commune eſſe. — Altera huius commentarii ſectio de ve- p. 371.
neno aranearum *tarandularum* L. exponit. Quod argumentum inde repetitur, quod tarantulae deglutitae a variis animalibus nullum his incommodum attulerunt, neutiquam firmum eſſe videtur. Nam conſtat et viperarum venenum, cuius effectus triſtes in ea corpora, quae ab iis admorſa ſunt, in dubitationem

*) Delle Delizie Tarentine liv. IV. Opera poſtuma di *Tommaſo Niccolò d'Aquino*. Nap. 1771.

nem vocari non poſſunt, tuto poſſe deglutiri, ut de aliis venenis taceamus, quorum eadem obtinet ratio. Maioris momenti ſunt illa experimenta, quae cum araneis ad mordendum maximopere irritatis inſtituta ſunt. Variis animalibus, morſibus harum aranearum aeſtate calidiſſima verſus meridiem expoſitis, cum nihil accideret incommodi, iuvenis pecuniae ſpe adductus eo eſt, ut ſe morderi pateretur. Sanus remanſit. — Tertia ſectio probat, tarantiſmum veteribus fuiſſe incognitum. — Quarta ſectio veras huius mali enarrat cauſſas. Subiecti ſunt incolae Apuliae malo hypochondriaco et hyſterico, amantque muſicen atque ſaltationem. Inde et facillime explicari poteſt, qua ratione vehementior corporis motus, muſica ſuſtentatus, huic malo levamen adferat. — Cl. A. commemorat hac occaſione initio huius ſeculi manu ſcriptam commentationem cuiusdam DE LA FEVRERIE, qua hiſtoria militis ex Apulia oriundi, et tarantiſmo in Normandiae urbe Coutance affecti et a CAMERARIO deſcripta mania ſaltatoria, quae accolas Rheni anno 1373. invaſerit, deſcribitur.

p. 375. p. 378. p. 389.

XV. EIUSDEM *deſcriptio foetus humani gemini concreti atque coaliti.*

Hiſtoria academiae, quae ab hac elapſo ſuperiori ſexennio geſta ſunt, et elogium CHRISTOPHORI IAC. KREMERI continet.

Vol. VI.

Hiſtoria huius academiae, in limine voluminis, quod indicamus, poſita, continet annos CIↃIↃCCLXXXIII. uſque ad LXXXVII. qui ita ab academia transacti ſunt. Senatus curandis et expediendis negotiis academiae oeconomicis Manhemii Kalend. Nov. LXXXII. auctoritate Principis confirmatus eſt: hinc ſociis academicis, hanc in rem delectis, additus eſt HENR. DAN. BINGER, camerae computorum

rum electorali a consiliis. Praeterea academiae addita est nova membrorum classis, quae meteorologiae studium praecipue excolere iussa est, de cuius laboribus et fatis hic nihil addimus, quoniam peculiares illa commentarios cum orbe literario communicavit.

CIↃIↃCCLXXXIII.

In conventu vernali duobus sociis ordinariis, morte membris academiae subductis, IO. IAC. HAEFFELINO, S. Germani apud Spirenses Canonico et Sacellano aulico, et CHRIST. MAYERO parentatum est: utriusque brevis memoria hic enarratur. Accesserunt novi socii ordinarii GE. FR. ZENTNER, et IO. PETR. KLING, qui triennio ante in classem academiae liberiorem fuerant cooptati. Extraordinariis autem additi sunt duo physices et historiae naturalis professores Palatini, alter ad Nicrum, alter ad Lutram, IO. SCHWAB, S. Theol. D. et GE ANT. SUCCOW, philos. D. ac societ. elector. physico-oeconomicae secretarius, qui nunc Heidelbergae docet. — In conventu auctumnali actum praecipue est de quaestionis publice propositae solutionibus: *invenire hygrometrum comparabile, cuius puncta fixa et certa sunt; et, dum instrumentum conficitur, sine magna difficultate determinari possint; cuius sensibilitas processu temporis notabiliter non mutetur, in quo effectus caloris et certa et facili regula subtrahi possit; cuius denique pretium non sit immodicum.* Ad hanc quaestionem responderant XI. quidem, at quamquam nulli integrum praemium iure decerni poterat, tamen duae erant dissertationes, quae reliquis videbantur praestare. Horum auctoribus, IOSEPHO TOALDO, et VICENTINO CHIMINELLO, utrique Patavino, nummum promissum, L. ducatorum pretium aequantem, aequalibus partibus concessit academiae arbitrium.

p. 2.

p. 8.

Sub

CIↃIↃCCLXXXIV.

p. 9. Sub finem anni ſuperioris academia praeſidem ordinarium, qui primo loco erat, LEOP. MAX. L B. DE HOHENHAUSEN, amiſerat, cuius memoria recitata eſt in conſeſſu vernali. In eius locum ſucceſſit Ill. L. B. de OBERNDORFF, Adminiſter ſtatus et omnis Palatinatus Rheni Vicedominus, qui praeſidium honorarium inde a pluribus iam annis geſſerat. Huius locum ac titulum accepit GEORG. DE STENGEL. In numerum membrorum ordinariorum transſcriptus eſt e claſſe extraordinariorum STEPH. ALEX. WÜRDTWEIN, Epiſcopus Heliopolitanus et epiſcopatus Wormatienſis ſuffraganeus. In extraordinariorum ſocio-
p. 12. rum claſſem adſumti ſunt: MARSILIUS LANDRIANI, eques, phyſ. prof. publ. Mediolan. NICOL. IOS. IACQUIN, chem. botan. et hiſtor. natur. prof. Vindobon. BENED. DE SAUSSURE, Philoſ. prof. et Soc art. apud Genevenſes praeſes, IO. GUIL. Baro HÜPSCH DE LONZEN, FRANC. CAS. ACHARD, acad. reg. Berol. ſocius et claſſ. eius phyſ. direct. HENR. BERNH. WENCK denique, Ser. Princ Landgrav. Haſſo-Darmſt. conſil. biblioth. et hiſtoriogr. — Conventus publ. auctumnalis dicatus erat praemio adiudicando illi, qui optime ſolverat quaeſtionem *de formula ſucceſſionis in Palatinatu Rheni inde a Conrado Staufenſi ad Ludovicum* I. *uſque et Ottonem illuſtrem etc.* Cum vero nullus ad illam reſpondiſſet, duplum praemium illi diſſertationi promiſſum eſt, qui academiae ſatisfecerit.

CIↃIↃCCLXXXV.

p. 13. In conventu vernali renuntiati ſunt tres ſocii novi: inter honorarios nempe receptus eſt BENI. THOMPSON, eques, magiſt. equit. et Elect. Palat. in rebus milit. a latere, ſoc. reg. Lond. ſocius; inter extraordinarios autem PETR. FERRONIUS, magni Heturiae Ducis mathematicus, et in Piſano ac Florentino

tino lyceis matheſeos prof. public. GEO. FR. SCHOTT, regiminis Salma — Kyrburgenſis conſil. HEMMERUS autem loco Haeffelini ſocietati a literis ſecundo loco factus eſt. — In conventu auctumnali actum eſt de reſponſis ad quaeſtionem hanc: *ex forma montis externa, ex lapidum praecipue et ſaxorum, quibus is conſtat, genere, num venas vel ſtrata metallifera eundem continere dignoſci poſſit? quaenam ſaxorum ſpecies unam prae altera metalli mineram ſperare ſinat, quae nullam? ex eo, quo ſaxa haec in viſceribus montis diſpoſita ſunt, modo, deturne indicium quoque minerarum?* Duae diſſertationes remuneratione dignae iudicatae ſunt, cuius alterius auctorem Germanum adhuc ignorat ſocietas, alterius MONNETUS, qui omnibus Francogalliae metallifodinis inſpectoris titulo praeeſt, auctor fuit.

CIↃIↃCCLXXXVI.

In conſeſſu publico vernali inter ſocios honora- p. 14.
rios receptus eſt IOSEPHUS BANCKS, Baronetus; inter extraordinarios autem CAR. BLAGDEN, itidem Anglus et reg. Societ. ſcient. Londinenſi a literis. In locum PH. GUIL. FLADII ſucceſſit CAR. THEOD. TRAITEUR, curiae elect. aul. a conſil. et hiſtoriographus Palat. et Principis iuſſu claſſem ſociorum ordinariorum ſupra numerum legibus definitum auxit med. Doct. cl. BLEICHER. — Conventum publicum huius anni auctumnalem intercepit feſti ſecularis Univerſitatis Heidelbergenſis ſolemnitas.

CIↃIↃCCLXXXVII.

In conventu vernali reddita eſt ratio de reſpon- p. 15.
ſis ad quaeſtionem ſequentem: *de vera et legitima ſuccedendi ratione cum in Palatinatu Rheni ab annó* 1155. *uſque ad ann.* 1214. *tum in Bavariae ducatu ante Ottonem Wittelsbac. ſec. XI et XII. etc.* Ex quatuor diſſertationibus nulla ex omni parte ſatisfecit academiae: duae tamen, quae unum eundemque auctorem

IO. GUIL. PETERSEN, Seren. Duci Wirtenb. a biblioth. Stuttgard habebant, ob praestantiam suam prae reliquis aureo XXV. ducatorum munere ornatae sunt. Postea recitatum est elogium PH. GUIL. LUD. FLADII, superiori anno mortui. Inter socios extraordinarios lecti sunt GR. SAMOILOWIZ, med. doct. et Chersonesi tauricae physicus; IO. GOSWIN. WIDDER, seren. Elect. Palat. a consil. et secretis; THEOD. AUGUSTIN. MANN, Canon. Cortrac. Acad. Bruxell. soc. et secretar. perpet., inst. Palat. elect. meteorologici adiutor. — Quaestionem physicam, in hunc annum praemio solito propositam, de *electricitate resuscitandis hominibus suffocatis etc. idoneo remedio* *) nemo solvere studuit; quam ob rem in alterum biennium propter utilitatem eius minime dubiam iterare eam placuit.

p. 23. Inter *commentationes* ipsas prima est IO. IAC. HEMMERI *de electricitate flammae*. Observationes, quibus haec flammae electricitas confirmatur, petuntur e continua ad flammam attractione, quam repulsio statim excipit, particularum carbonis, vel flamma consumtae ellychnii cerei parte. His visis et examinatis inquisivit etiam auctor, qualia se praestarent corpuscula liquoribus exemta et prope flammam in aëre constituta. Circellum igitur ex aurichalco stridulo, filo sericeo alligatum, ita suspendit, ut cum flamma candelae cereae in uno eodemque horizontali plano positus quidem esset, sed tamen ab illa aliquot lineis distaret. Attrahebatur circellus a flamma, indeque recedebat, modo alacrius, modo lentiore motu. Idem eveniebat, circello hoc cum globulo cretaceo,
p. 24. $1\frac{1}{2}$ lineas crasso, commutato. Quibus enarratis etiam genus electricitatis flammae investigat. Huic fini opti-

*) Vid. Comment. nostr. Vol. XXXII. p. 381.

optime inſervit machina Fontanae, electricitatem condenſans, uno cum electroſcopio Sauſſuriano. Filum aurichalceum, pennae ſcriptoriae craſſitudinem aequans, altero extremo in cuſpidem deorſum inflexam exiens, altero in hemiſphaerium metallicum terminatum, columnae vitreae ita imponitur, ut cuſpis flammam, hemiſphaerii planities vero condenſatoris diſcum metallicum accuratae contingat. Hoc quidem apparatu reperiebat electricitatem negativam, ſive flamma candelae cereae, aut ſebaceae, ſive oleo olivarum, ſpiritui vini, petroleo, aëri inflammabili, ſtoraci, phoſphoro accenſis debebatur. Aliquoties autem poſitivam obſervabat: ſed huius phaenomeni cauſas mox eruebat. Denique et explicat cauſam, p. 44.
quare flammae electricitas negativa ſit. Evaporationi ſcilicet eam eſſe tribuendam. Ita enim eandem negativam electricitatem produci obſervavit adfuſo aut cretae pulveri, aut limaturae martis vitriolico acido; adſperſa carbonibus vivide ardentibus, aut lateri valde candenti, utrisque corpori electrico impoſitis, aquae exigua quantitate.

IDEM *de gutta ſerena feliciter electricitate ſublata.* p. 47. Puella XIIX annorum, malo hyſterico inde a pubertate obnoxia, ante annum, et quod excurrit, oculi dextri hebetudine laborare coepit, ab hoc malo tamen derivantibus ac revellentibus medicinis apte adhibitis liberata. Sex menſibus poſtea elapſis a menſtruorum ſuppreſſione diuturniore, et a ſubito terrore in vehementiſſimas incidit convulſiones, quae ubi ſedatae erant, abdomen ac pedes multum tumere, et viſus hebetior multum reddi coepit. Medicamenta alvum et vomitum moventia pedum quidem tumorem ſuſtulere, abdominis autem neutiquam. Nec revellentia ac derivantia remedia, olim felici cum ſucceſſu adhibita, adeo nihil valuere, ut potius tandem viſum plane amitteret aegrota. Contra hanc gut-

tam ſerenam cum inutiliter a medicis dexterrimis pugnatum eſſet, ad electricitatem veluti ad ancoram ſacram confugere aegram iuſſerunt. Primum flatum electricum ad oculi bulbum admiſit auctor, poſtea parvis ſcintillis ex oculi vicinia et ex bulbo ipſo prolectis. Poſt nonam electriſationem omne malum penitus diſparuit. Cum quartum ad electricam machinam acceſſiſſet, nocte inſecuta gravis dolor latus ſiniſtrum occupaverat. Quam ob rem non oculi bulbum ſolum, ſed etiam latus dolens electricis ſcintillis adgreſſus eſt HEMMERUS, cuius rei effectus doloris ſedatio, abdominis tumentis atque duri ſubſidentia atque mollities erant.

p. 50. IDEM *de ſolis in barometrum influxu.* Uſus barometro, a *Changeux* invento, quod mutationes a mercurio factas quovis minutorum quaternio in tabula mobili notat, ipſum *Barometrographum* inventor nominavit. Ex 446. tranſitibus ſolis per meridianum partim diurnis, partim nocturnis, regulas has deduxit HEMMER. Sole meridianum transeunte, barometrum, 1. cuius mercurius in deſcenſu eſt, deſcendit, et deſcenſum ſaepe accelerat; 2. cuius mercurius adſcendit, vel deſcendit, vel ſtat immobile, vel lentius adſcendit; 3 cuius mercurius quieſcit, deſcendit, niſi ante vel poſt quietem adſcenderit, tunc enim et ſub tempus tranſitus ſolis quieſcere ſolet. Cauſas deſcenſus barometri atmoſphaericas calorem et vapores eſſe conſtat: a neutra tamen iſtud phaenomenon, tempore meridiano et media nocte obſervatum, produci poſſe adſeritur.

p. 65. Abbas MANN *de novo hygrometriae principio.* Fortem ac conſtantem eſſe attractionem inter fluidum electricum atque aquam ſeu quodcunque humidum corpus Aërem humidum igitur fortiter retinere debere fluidum electricum, per atmoſphaeram diſperſum, idque impedire, quominus a machina electrica

ſtrica in actum duci queat. Machinam electricam, quae ſemper in eodem activitatis ſtatu permaneat, et ad gradum certum excitata ſit, effectus producere varios, quorum magnitudo ſemper in ratione directa graduum ſiccitatis et in ratione inverſa maximae aut minimae humiditatis huius aëris ſit. Quid contra eiusmodi hygrometrum moneri iure queat, Cl. auctor ipſe indicavit.

IDEM *de ſucceſſiva mutatione temperaturae, variis regionibus propriae, eiusque cauſis.* Primo colligit omnia, quae de conditione temperaturae Galliarum, Germaniae, Pannoniae, Thraciae, Myſiae, Daciae, Scythiaeque Europaeae in veteribus ſcriptoribus tradita ſunt. Dein etiam inquirit in cauſſas phyſicas, a quibus haec ſucceſſiva mutatio temperaturae climaticae pendere poterat. Quarum quidem cauſſarum duplicem conſtituit claſſem, quarum altera accidentales continet, quae in diverſis regionibus diverſo tempore locum habuere, v. c. aquarum defluxus, imminutio lacuum paludumque, ſylvarum exciſio, agrorumque cultura. Praeterea in coniunctione duorum ſibi oppoſitorum principiorum, humiditatis et phlogiſti nempe, quorum reciproca evolutio augmentumque, quo hoc illud magis magisque ſuperat, nobis ad veram telluris theoriam viam pandere auct. Cel. videtur, alteram eamque univerſalem cauſſarum claſſem ponit, a quibus climatum mutatio proficiſcatur. p. 82.

IO. IAC. HEMMER *de electricitate animali, ubi in ſpontaneam praecipue inquiritur.* Conſtat *animalem* electricitatem eam vocari, quae in animalibus, e quacunque tandem cauſa, obſervatur. Hanc, nec corporis peculiari motu, nec alienae ſubſtantiae aut affrictu aut alia quavis actione ſuſcitatam, *ſpontaneam* vocat. Cum animali electricitate a Sauſſurio tantum experimenta inſtituta ſunt, qui tamen ſpontaneam penitus (haud recte) negat. Quoniam autem magni p. 119.

momenti res ſit, electricitatem hanc animalem bene cognitam habere, quippe quae tum in electricam rem generatim, tum praecipue in medicam lumen inferat, bene egit *H.* cum hoc argumentum paulo fuſius retractaret. Experimenta in hanc rem 2500 et quod excurrit, inde ab anno 1786. inſtituit, notatis ſimul omnibus rebus, quae in experimentorum ſucceſſum influere poterant, hominis puta aetatem, ſexum, corporis habitudinem, quietem, motum, veſtitum, nuditatem, vigorem, laſſitudinem, calorem, frigus, famem, ſaturationem, ſomnum, vigiliam, coeli conclaviſque temperiem etc. In XXX hominibus omnis aetatis, ſexus, corporisque conſtitutionis invenit hanc electricitatem; ergo univerſalem eſſe concludit (?). In diverſis hominibus, eodem loco ac tempore, ceteris quoque omnibus paribus, explorata, ſaepe diverſa non robore ſolum, ſed et genere reperitur: ergo huius diverſitatis fons in ipſo corporis habitu eiusque varia adfectione quaerendus. In eodem homine electrititatis genus quamquam ſaepiſſime variat, tamen ingenita et naturalis electricitas videtur poſitiva eſſe *). Cum enim alimenta contineant quandam electricae materiae copiam, haec, dum illa concoquuntur, extricata et quaſi in libertatem reſtituta accedit illi electricitati, quae ſecundum naturam corpori animali ineſt, eamque poſitivam, h. e. auctam, reddit. Frigus electricitatem animalem poſitivam aut in contrariam mutat, aut certe imminuit, propterea quod coarctatis poris cutaneis electricae materiae exitum praecludat (?). Laſſitudo quoque electricitatem naturalem imminuit, aut in negativam mutat.

Frictio

*) In ſuo corpore Auctor electricitatem animalem, 332 vicibus ſub examen vocatam, 308. poſitivam, 14. negativam, decies ſilentem ſeu o invenit.

Frictio certarum corporis partium, v. c. veretri, electricitatis positivae mutationem in contrariam promovet, vigoremve saltem eius imminuit. Motus corporis subitus, celer ac violentus electricitatem quamlibet in contrariam convertit: negativa vero cum iam adfuerit, motu quovis alio, non violento, in positivam nunquam mutatur, sed intensior tantum redditur. Neque adsumti cibi, neque potus Coffeae electricitatem, seu gradum, seu naturam eius spectes, immutant. Ab intensa studiorum vacatione electricitas animalis mirificum capit incrementum. Sudor electricitati animali impedimento est. Hieme fortior, quam aestate, electricitas. Brevis interdiu sedendo captus somnus electricitatem positivam non turbat: de nocturno somno nil certi definire e suis experimentis sustinet Cel., HEMMER. Corpora deferentia eandem deferendi facultatem etiam in electricitatem animalem exserunt.

IDEM *disquirit doctrinam Henkianam de generatione hominis.* Exposita prius breviter Henkii doctrina, allatisque, quae contra eam motae sunt, obiectionibus, in medium deducit ea experimenta, quibus illa doctrina accuratius est excussa. His igitur experimentis, in caniculis, canibus et gallo gallinaceo institutis, omnis Henkiana doctrina, quae quidem vel antiquissimis Graeciae philosophis ac medicis cognita fuit, funditus eversa fuit. p. 217.

NOEL IOS. DE NECKER *diss. de gradatione formarum in partibus vegetabilium.* Quam ROBINETUS in partibus animalium deprehendit formae externae simplicissimae in aliam eamque magis magisque compositae transmutationem, eam ostendit etiam NECKERUS in partibus vegetabilibus, inprimisque in foliis, floribus, fructibus plantarum perfectarum, denique in fungis. Denique vindicat sibi honorem ostensae primum originis fungosarum substantiarum, quam p. 241.

erant, qui a MUNCHHAUSENIO aliisque botanicis ſyſtematicis ipſi ſuggeſtam fuiſſe adſererent.

p. 257. IDEM *de animalculis infuſoriis, iis potiſſimum, quae in aqua haud putrida reperiuntur, diſputat, dubitationesque contra irritabilitatem vegetabilium* profert. Haec animalcula ſuam originem neutiquam ovulis debent, in aëre atmoſphaerico volitantibus ſed praeexiſtunt in aqua, origoque ipſorum antiquitate non ſuperatur ab aqua, ubi reperiuntur. Animalcula infuſoria aquarum dulcium ſunt diverſa ab iis, quae marinae inſunt aquae. Irritabilitas, a qua NEEDHAMUS vitam motumque animalculorum infuſoriorum repetebat, a botanicis nonnullis ex animali regno, cui illa quondam ſoli propria iudicabatur, etiam regno vegetabili illata eſt. Sed Cel. Auct. monet, irritabilitatem cum elaſticitate non eſſe confundendam, ſed illam ſe tantum manifeſtare in partibus organiſatis naturae gelatinoſae, v. c. polypis, animalculis infuſoriis; in carne muſculari, atque in partibus ſexus plantarum nondum ad perfectam maturitatem perventarum. Elaſticitatem contra ſe ſolummodo exſerere in partibus organiſatis, dum exſiccatae ſunt. Contractionis relaxationisque alternae motus, in ONOCLEA *ſenſibili*, MIMOSA *ſenſitiva* etc. obſervatos, potius cauſae penitus adhuc incognitae, atque haud dubie a ſenſibilitate et irritabilitate valde differenti tribuendos eſſe.

p. 257. COLLINI *conſideratio vinculi illius, quo omnia corpora naturalia invicem coniuncta et quaſi concatenata ſunt.* Adſerit A., vanos atque inutiles eſſe labores virorum naturae cognoſcendae curioſorum, huic continuae catenae corporum naturalium eruendae impenſos. Quam quidem ſententiam reſpectu tantum habito ad foſſilia Auct. Clar. probare ſtuduit.

p. 282. IDEM *de Nicri fluminis exundationibus prope Manhemiam.* Scripta et praelecta eſt haec diſſertatio iam 1765. ob rationes vero particulares, quas vero accuratius

ratius haud indicat Auct. nunc publici iuris primum facta. Adiecta est tabula aenea, qua cursus fluminis Nicri prope Manhemiam adumbratus est.

IDEM *de effectibus vehementis frigoris anni* CIↃIↃCCLXXXIX. *in crystallum montanam, quae aquae guttulam continebat.* Crystallus ab aqua, in glaciem frigoris vi mutata, et adeo in maius volumen expansa, fissuram horizontalem subiit, per quam aquae copiola collecta evaporare potuit. Diffracta crystallo foveola triangularis in conspectum veniebat. p. 304.

I. W. WALLOTI *observationes de motu oscillatorio acus magneticae, statim post tempestatem quandam ortam,* in observatorio reg. Paris. d. III. Aug. CIↃIↃCCLXXXIII. factae. Hic motus interdum ad septem usque gradus increvit. Concludit inde esse quendam inter materiem electricam et magneticam nexum. p. 312.

I. IAC. HEMMERUS *de variatione acus magneticae tempore aurorae borealis.* Exhibet magnae turbationis exemplum, quam acus magnetica passa est post auroram borealem d. XXII. Octobr. CIↃIↃCCLXXXIIX. Manhemii visam. p. 317.

IDEM *de phaenomeno notabili, nubis transeuntis.* Cum nubes supra fumarium, e quo continuus surgebat fumus, transiret, fumi columna perpendicularis deprimebatur quasi et horizontali flumine progrediebatur. E nube vero duae descendebant versus fumarium adpendiculae, quarum prior cum perpendicularis supra fumarium staret, in tres dividebatur fasciculos, fumique recta adscendentis columnam attrahere cernebatur. Fumo plane cessante etiam adpendiculae illae disparuere. Hoc igitur phaenomenon HEMMERUS recte, ut nobis quidem videtur, e natura electricae materiae, qua dives erat nubes illa, explicare studuit. p. 319.

IDEM *de nonnullis memoratu dignis fulminis ictibus.* Metalla studiosissime sequebatur fulminis utrius- p. 324

que materia: fulmina quare per corpora inflammabilia interdum tranſeant, nec ea incendant? corpora, fulmine tacta, interdum loco moventur ſuo, ita, ut via ipſorum varios anfractus efficiat; hinc fulmen illa corpora non trudendo, ſed trahendo videtur e ſede dimovere ſua.

p. 347. FR. CASIM. MEDICUS *obſervationes de* MUSA *menſaria* RUMPH. *ſ.* MUSA *ſapientum* LINN. Quae in ſyſtemate laudari ſolet PLUMIERII deſcriptio atque icon MUSAE, eae non ad illam MUSAE ſpeciem pertinent, cui adiungi ſolent. Nam PLUMIERII Muſa tria petala habet, LINNAEI contra ea tantum duo. Non niſi filamenta antherifera quinque obſervavit MEDICUS, quod inprimis notandum, cum LINNAEUS eorum ſex, TREW ſeptem, aliique plura adhuc numerent. — Obiter teſtatur cl. auct. GLEDITSCHIAM *triacanth.* LINN. in horto botanico Manheimienſi florentem, quamvis ſolos maſculos ferat flores, tamen ſiliquas proferre, ab iis, quae in arbore ſimili, femininis floribus conſpicua, obviae ſint, longitudine minori differentes. —

p. 369. IDEM *de duobus novis generibus plantarum.* Prius vocatur STELLARIODES, cuius una ſpecies *caliculata* commemoratur: poſterius ALBUCOIDES unam ſpeciem, A. *erectum*, offert.

p. 374. IDEM *de ſitu gynandrico plantarum.* Contra LINNAEUM diſputatur more auctoris ſolemni, h.e. acerrime.

p. 414. IDEM *de diverſa florum ſtructura reſpectu corollae.*

p. 443. ID. *de plantarum praeter ſemina propagationis modo.*

p. 516. IO. IAC. HEMMER *de conductorum fulmineorum vi egregia, tribus recentioribus exemplis comprobata.*

p. 533. ID. *obſervat. columnae* exhibet, *tempeſtate excitatae.*

p. 538. ID. *deſcribit culmum ſecalinum foecundiſſimum.*

Denique inde a pagina 541. uſque ad finem *index* rerum et verborum ſatis diligens locum obtinet ſuum.

INDEX

Index

ſcriptorum medico-phyſicorum, quae annis 1780 et 1781

extra Germaniam typis fuerunt mandata.

A ſhort *account* of the moſt effectual means of preſerving the health of ſeamen. 4. New-York, 1780. p. 20.

